Tituli tercie partis

que contemplatiue vite pcepta tradentes tractatus continet.

Finit tabula tercie partis operũ Johannis Gerson.

Summariū libri de consolatione theologie.

A ꝓhemio notātur quattuor cause theologice cōsolatiōis que sunt Spes Scriptura Patiētia ⁊ Doctrina. ¶ In primo metro deflet̄ miseria ciuilis dissensionis. ¶ In prima ꝓsa primi libri colloquunt̄ monicus. i. solitarius. et volucer .i. nūcius intermedius/ sup statu pegrini seu viatoris/ ⁊ de eius cōsolatōe ꝑ theologiaꝫ. ¶ In scđo metro ponit̄ laus theologie in hoc ꝙ est efficax consolari. ¶ In scđa ꝓsa ponit̄ primo ꝙ theologia suā cōsolationē inchoat vbi et vñ desinit philosophica cōsolatio/ scꝫ ꝙ cūcta agim⁹ ꝑñ oculos iudicis cuncta cernētis. Amplius. ꝙ triplex est iudiciū dei vñ cōsurgit in nobis spes ⁊ timor/ ⁊ quō se comitantur. Amplius. ꝙ cum sobrietate ꝑt vtiliter recogitari ⁊ tradi cōsideratio iudiciorū dei ī ꝑdestinatōe ⁊ reprobatōe sicut fecit apl's Et deinde qualiter orit̄ inde cōsolatio intima ⁊ solis expertis cognita. ¶ In tercio metro agit̄ de sentimēto talis cōsolatōis. ¶ In tercia ꝓsa agit̄ primo in spāli si cā sit aliqua cur deus istū vel illum ꝑdestinauerit. Deinde cum qua cautela talis consideratio in particulari debeat aut possit admitti. Demū quo pacto pōt quietari spes in deo. ¶ In quarto metro ponunt̄ exempla quō ꝑ tētatiōes nō euellit̄ spes. ¶ In quarta ꝓsa tradit̄ primo in quo spes consistit et ꝙ de nullo hic est desperandum. Amplius. quō ꝑ summā desperationē venit̄ ad spem. ⁊ quantū sit vtilis consideratio. diuine ꝑdestinatōnis. Rursus agitur de corroboratione spei exemplo sanctorū ⁊ quō stat cum libertate. nec tñ plene potest hoc intelligi sine gratia dei que est vnctio docēs de omibus. ¶ In quinto ⁊ vltimo metro ponit̄ compatō cuiusdā naute qui ex medijs tempestatibus expulit in locū tutum ⁊ secretum.

De secundo libro tabula.

In ꝑma ꝓsa scđi libri fit sermo de statu ꝑegrini interserēdo de varijs speciebus false spei. ⁊ addendo ꝙ ex cōsideratione diuine bonitatis oīa libere gubernātis: sumit̄ scđa cā theologice cōsolatōis. ¶ In primo metro reprobat̄ opinio ꝑhorum ꝙ deus agit de necessitate nature sicut sol lumen suum. ¶ In scđa ꝓsa dat̄ rō cur diuina volūtas nō est dicenda agere ad extra de necessitate nature. Quō ꝑterea ꝓcedit aliter theologia ꝙ̄ pħia. Addit̄ distinctio trimēbris de volūtate hūana ⁊ de cōformitate eius ad diuinā. ¶ In scđo metro declarat̄ q̄liter affectiōes ⁊ industrie q̄ sparsim sunt in brutis aīalibus/ collecte sunt in hoīe ⁊ in eius rōne cui subdit̄ eius appetitus. ¶ In tercia ꝓsa fit cō questio sup difficultate quā patit̄ liberuꝫ arbitriū in regēdo corpus conformiter ad rectā rōem ⁊ de mō cōformādi voluntatē humanā diuine exēplo xp̄i. Tandē cā redďit̄ de varietate iudiciorū humanorum. ¶ In tercio metro dat̄ rō diuersificatōis iudicij rōnis ꝑ sīl'itudinē luminis visi ꝑ nubes aut in speculis variatis. ¶ In q̄rta ꝓsa fit inuestigatio qualiter adiuuat̄ libertas arbitrij. Et infert̄ ꝙ nihil est casuale vel fortuitū in ordine ad primā cām. ⁊ iuxta quē sensum ipsa posset dici fortuna vel fatū. Addit̄ q̄liter ex his q̄ deus inuenit̄ reuelasse ⁊ ꝑsauisse pulcerrime ⁊ salubres veritates elucescūt. ¶ In quarto metro docemur sub exemplo quadruplici q̄liter insequi debemus dei voluntatem.

Tabula tercij libri

In prima ꝓsa tercij libri post recapitulationem inchoat sermo de consolatōe theologie ꝑ patientiā describendo quid sit zelus. ¶ In primo metro docet̄ ꝑ similitudinē ignis ⁊ fuliginis quantū periculosus est zelus si non gubernet̄ ratione. ¶ In secunda ꝓsa deducit̄ hoc idē ꝑ affectus humanos dādo causam cur zelus turbat iudicium velut in somnijs. Qualis preterea zelus esse debeat tam in habētibus auctoritatem regitiuam ꝙ̄ in carentibus ea. Deniqꝫ notantur plures cause turbatiue zeli in rectoribus. ¶ In secūdo metro laudat̄ vita solitaria sibi vacans. ¶ In tercia ꝓsa fit sermo de illorū zelo qui nō habent regimen aliqđ publicum/ docendo sub qui

busdam regulis qualiter et ubi debeant uti vel nō uti zelo suo. ¶ In tercio metro docemur q quilibet sit cōtent' vocatōne sua et ꝓm illam bñ agat et ita proderit omnib' nec se ledet. ¶ In quarta prosa declarat quō solitarius pōt omnibus ꝓficere. Deinde subiungitur sermo de patientia q in ea consolatō theologica reponatur. ¶ In quarto metro ponit utilitas patiētie sub exemplo Job afflicti.

Tabula quarti libri.

In quarto libro prosa prima loquitur de trepidatōne conscientie humane respectu iudiciorum dei. Et q nihilominus labores assumendi sunt ꝓ republica et adiutorio alioꝝ fundando se in doctrina sacra.

¶ In primo metro dat ratio cur deus legem naturalem dedit in scriptis lapideis dehinc in euangelica lege repetiuit. ¶ In secunda prosa ponit diffuse distinctio de triplici certitudine: addendo qualiter intelligi debeat illud Gregorij. Bonarum mentium ē culpas agnoscere ubi culpa nō est. Et qualiter potest hoc sine mendacio fieri.

In secundo metro docemur qualiter uti debeamus scrupulis orientibus ex preteritis culpis.

In tercia prosa fit iterum sermo super eadem re: docendo q serenatio conscientie ꝑ sentimenta deuota non est signum efficax diuine gratie gratum facientis. Additur de modo se habendi respectu scrupulorū consurgentiū circa ea que sunt posterius agenda. et qualis certitudo sufficit et unde colligitur.

In tercio metro loquit q ꝓcepta legis nature sunt etiā precepta fidei ac legis euangelice. ꝯquerendo de erroribus contingētibus circa ea.

In quarta prosa loquit incidenter de theologis et iuristis quales esse deberent et q̄les aliqui sunt. Concludendo q in morali negocio nō potest uniuersalis ars tradi/ que conferre sufficiat certitudinem in particulari quolibet agibili/ quin consurgere possint scrupuli mentis inquietatiui.

In quarto metro docet quō pax mentis possit aut debeat inueniri.

In quinta prosa ponit sub ꝑsona theologie/ grandis oratio consolatoria super casibus humanis. nominatim illius qui tūc franciam ꝯturbabat. Concludendo supꝰmum ꝯsolatōnis theologie gradū/ in animi preparatōne ad martyriū.

Explicit tabula quattuor libroꝝ de cōsolatōne theologis.

Nota pro intellectu

huius dyalogi. q volucer est intellect' discursiuus et ratiocinatiu'. Monicus est intellectus meditatiuus et inquisitiu'. Peregrinus est homo contemplatiuus simul et actiuus. ¶ Pro sensu vero litterali notandum: q cum eximius doctor Joh. de gerson/ ex concilio constantieñ. recedens frāciam ꝓpter minas ducis burgundie petere nō auderet. Secessit in montana Bauarie. Ibiq in Rathemberg opido: anno dñi. Mccccxviij. conscripto hoc dyalogo introducit volucrem nunciū a se peregrino: ad Johannem monachū fratrē suū/ q̄ prior celestinoꝝ lugduni degebat/ ꝓferētem queādmodū per theologiā peregrinationem suā consolet. Et sicuti Boetiū de ꝯsolatōne phie in forma scribendi imitatur. Ita etiā ꝯsolatōnis argumentū ubi ille dimisit: hic continuare conat.

Sequit liber primus de consolatione theologie.

Liber de ɔsolatione theologie Incipit feliciter.

Decunqz A scripta sũt: ait magn⁹ ille discipulus theologie paulus ad nr̃az doctrinã scripta sunt/ vt per patiẽtiam ⁊ ɔsolatõez scripturaꝝ/ spem habeam⁹. ¶ Conuenerũt aliqñ sup hoc verbo volucer: cursor leuis explicans vias suas. Et monicus in religione peges. Qui vt vidit ꝙ volucer sibi notissimus ad se venit ꝺ longiquo. multa q̃dem sup mult⁊. ſʒ multa plus plurima sup aduena quodã germano suo ɔquirere dispo suit. Cui⁹ inquisitõez ⁊ alteri⁹ rñsionez. sequens dyalogus explicabit: ⁊ hoc p q̃driguũ sub tetragano ɔsiderationũ. Que licet adinuicẽ coĩcent. erit tñ appropriatius prima de ɔsolatõne theologie per spem in ɔtemplatione diuini iudicij. Scd̃a p scripturã in reuelatiõe regiminis mũdi. Tercia per patiam in zeli moderatiõe. Quarta p doctrinã in ɔscie serenatione. Deus autẽ patiẽtie ⁊ ɔsolatiõis ɔsoleẽ nos in omi tribulatione nostra. et det sermonem rectum in ore duorum. Quoꝝ volucer sic incipit.

Primũ metrũ primi libri Elegiacũ in quo

defletur miseria ciuilis dissensionis. Concordat in genere carminis primo metro Boetij de consolatõne philosophie.

Carmina

Epe peregrinas volucer transmissus in oras
Regrediens: patrie menia iam video
Dulcis aue natalis humus/ tu francia felix
Inclyta parisius/ nobile palladium.
Heu quid id est: seuo bellonam cerno tumultu
Ciuili furere/ sanguine cuncta replet.
Spiritus in medium missus vertiginis errat/
Obtruncant gladijs mutuo se proprijs
Carceribus trudunt alios/ aut flumine mergunt.
Membraqꝫ torturis plurima dilaniant.
Pars quenis dici pietas vult/ publica curans
Commoda. que patrie viscera rumpit ouans.
Iusticie vultus atrox mentitur erinis.
Rex iuuo te clamans regia sceptra rapit.
Exuperant syllam/ cathilinam crimine vincunt.
Uim pro virtute bellicus horror habet.
Non pater a natis tutus. fratremqꝫ perire
Uult frater. soceri mors venit a genero.
Clerum/ militiam/ ciues/ sine lege reclusos
Carcere/ plebs rabida sicut oues iugulat.
Nullus adest noster respectus religionis
Iura sepulture denegat impietas.
Quisquis opes vel diuitias famatur habere/
Obijcitur titulus proditionis ei.
Eligit hic partem neutram defendere partis/
Mox vtriusqꝫ patet innocuus iugulo.
Nec satis est alijs vni se tradere parti/

Ni se flagicijs conscelerent paribus.
Quid ꝙ te patriam pulchꝛam violare vocat
Extera gens: hostis te lacerando rapit.
Nulla fides pietasq̃ manet/confundit omne
Fas q̃ nefas/regnat hoꝛrida tesiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos/
Aut glaciale solum me penetrasse prius.
Aduena tu felix alia te parte receptans/
Nanq̃ patent oculis nõ mala tanta tuis.
Uerum monachus hic degit/sua claustra subibo/
Ac de fratre suo fecero verba sibi.

Pꝛosa pꝛima libꝛi pꝛimi

Monicus

Est ne volucer quez video? Et certe is est. Dic p̄coꝛ o volucer vñ venis? que noua fers? qualis ad me te mõ soꝛs attulit? Uolucer. Scito monice. qm̃ in cõstantiẽsi cõcilio generali cũ germano tuo cõuersatus vsq̃ ad finalẽ summi põtificis egressum: tandẽ diuerticula querens exiui cũ eodẽ. qui iuxta cognomen suuz pegrinus effici maluit in terra aliena/q̃ ad suos huc regredi. Monicus Satis est o volucer. si certũ me facere potueris. quid agit dilectus aie mee. quid amoꝛ coꝛdis mei. Nonne dolet velut exulem se fieri in ignota ⁊ longinqua regione/vbi linguã quam nõ nouerat audit? Nonne subtristis est/se poni sub modio vel in obscuris sicut moꝛtuos seculi. qui lucere super candelabꝛum fuerat institutus? Uolucer Nihil ꝓꝛsus o monice/tẽpoꝛum tẽpestate pensata/ꝑq̃ diuturna animi ꝓparatõe qua sibi ꝓuiderat oĩa que occurrissent equanimiter tolerãda. Gaudet potius in dño magnificãs eũ. ⁊ exultat spiritus eius in deo salutari suo. deputans se adiutũ meritis ⁊ p̄cibus alioꝝ. Itaq̃ de se securus. ⁊ in se dño miserãte trãquillus. deflet miseriã patrie ꝓprie. indignissimãq̃ soꝛtẽ. Cuius tñ calamitatis media ps non est sibi nũciata. quã oculis ꝓpꝛijs hoꝛrẽs intueoꝛ. Quinetiã sup cõculcatõne veritatis ⁊ iusticie ploꝛãs ingemiscit. Miserabilem deniq̃ ciuitatis celeberrime desolationem tanq̃ hieremias ruinas hirlm lamẽtat. Monicus. Qua rõne fieri põt o volucer. ꝙ exul a patria/a parẽtibus a propinquis a notis et amicis nõ angustiet in coꝛde/nõ in aio cõturbet? Uolucer Monice: nihil difficile ẽ volẽti. Memenisti puto vt aduena noster semper in medijs etiã turbis ⁊ vrbibus/solitudinẽ sibi quesiuit ⁊ dilexit. Solitudinez loquoꝛ q̃ est a curis foꝛinsecis/⁊ hoĩm calumnijs vacatio. pbans illud sapiẽtis. qui minoꝛat actu pcipiet sapiẽtiã. Monicus Scio volucer ⁊ expertus testoꝛ. Uolucer Ecce aũt nunc elongauit fugiens ⁊ mansit in solitudine/expectans eum qui saluũ se fecit a pusillanimitate spũs et tẽpestate. qm̃ vidit iniquitatẽ ⁊ cõtradictionẽ in ciuitate. Euolauit sicut passer: erepta te laqueo venantiũ. Undiq̃ nimirũ sibi parabant insidiarũ tendicule. Enatauit vt potuit a naufragio reipublice. pꝛestolans si foꝛte postmodũ sit spes. Nihil tandẽ se videns aduersus currentẽ furoꝛis impetum nitẽdo ꝓficere/desilijt alioꝛsum a curru publici regiminis/cedens raptui pꝛeualẽtis nequicie ⁊ malicie/quã ad pñs non vincit sapiẽtia. Monicus Uincet tãdẽ aliqñ crede mihi: volucer. Magna quippe ⁊ foꝛtis est veritas ⁊ sup omĩa vincit ac ꝓualet. Uolucer Ueritas o monice quando vincet nescio. hoc vnum ꝓꝛijs oculis inspicio iuxta vocem ysaie/ꝙ conuersum est retroꝛsum iudicium/⁊ iusticia longe stetit qꝛ coꝛruit in platea veritas/⁊ equitas non potuit ingredi. quoniam facta est veritas

in obliuionē/ ⁊ qui recessit a malo p̄de pa-
tuit. Quo contra videre est falsitatem: nō
qualemcūq3/ sed hereticā prauitatē in via
mandatorū dei/ q̄ pambulat vicos ⁊ plate-
as/ erecta ceruice/ insultās catholice verita
ticū defēsoribus suis. pterit eos pedibus
sordidissimis Ac de ipis tāq̄ dn̄a victorio
sissima triūphare gloriatr.

Monicus

Proh dei atq3 hoim fidem. dic
oro volucer vn̄ talis euersio:
Nonne sancta generalis syno-
dus: que p veritatis tuitione
principaliter instituta fuerat/ se cultricem
hmōi veritatis exhibuit atq3 ptectricem.
Uerum hanc interim querelam omissam
volo qm̄ cupit animus ex te cognoscere q̄-
bus exercitijs se refouet frater/ quem torpe
re nequaq̄ putauerim inerti ocio: quibus
insup armis spūalibus aduersus iniquos
fortune seuientis impetus congredi soli-
tus est/ ne tristicia seculi que mortem ope-
ratur ipsum vel deijciat vel absorbeat.

¶ Volucer. De vera ⁊ solida peregrini
consolatione tecum sermonem habiturus
significo in primis q̄ eam accipit doctrice
theologia/ que comitem se dedit pegrina-
tioni sue. Ab infantia ei sacras lr̄as nouit/
neq3 furor hostilis neq3 terror puertere po
tuit: quin psequeretr iter suum/ de qua sa
piens. Attingit ergo/ ait a fine vsq3 ad finē
fortiter/ ⁊ disponit omnia suauiter. Hanc
amaui ⁊ exquisiui eam a iuuentute mea/ ⁊
quesiui sponsam mihi eā assumere/ ⁊ ama-
tor factus sum forme illius (Sequitr con-
solatio) intrans in domū meā conquiescā
cum illa. Non em̄ habet amaritudinē cō-
uersatio illius. Nec tedium conuictus il-
lius sed leticiā ⁊ gaudium. ¶ In cuius p̄-
conium ita libet metro pangere.

Secundū metrū primi libri dactilicū alemanium tetrametrum hypercatalecticū.

In quo ponitr laus theologie in hoc/ q̄ est
efficax consolari et currit cum scd̄o metro
Boetij Heu quam pcipiti.

Dix theologus pulcra sophia
Cui vult a puero se dare spōsā
Que castū tenero stringit amore.
Eius se vocitans iure sororem.
Casus se sociam p̄bet in omnes
Ac vite releuat tedia meste.
Solatr resonans cantica syon
Securoq3 regit limite gressus.
Spes ⁊ vera fides concomitantr/
Et diuinus amor: quadraq3 virtus
Prudens sobriaq3 fortis ⁊ equa/
Bonorūq3 cohors iuncta beatis.
Ad te si tribulans sors ruit vlla:
Duris increpitans torua flagellis:
Perstes. impauido suscipe vultu
Nam sic viuitr/ est pax in amaro.
Nam si flammigeris intonat ether
Fractus fulminibus/ totus ⁊ orbis
In se dissiliat/ si caro cedit
Mens esto stabilis/ sede retenta.
Nec tu quesieris herculis arma/
Nec grandes validis viribus artus/
Plus horrenda satis/ q̄ superarit.
Hac iutrice potes pdere monstra.
Infandas erebi carmine pestes
Uicit qn̄ lyram temperat orpheus/
Mollescunt lapides/ flumina sydunt
Sed se nō superat victus amore.
At vero cithara dum modulatr
Pastor postea rex carminis odas/
Quas aptat phronesis/ ocyus exit
Nequam spūs a rege saule
Ergo nemo satis theologie
Laudes extulerit/ tanta patrantis.
Qua cure fugiunt/ mens hilarescit/
Que virtute sua monstra trucidat.
Cuius vi rapitr aduena/ degens
Terris/ ad nititum scandere celum.
Excelsa residens cernit ab arce.
Fortunam merito rectus vtranq3

Secūda prosa p̄mi libri sequitur.

Monicus

Ure q̄dē laudauerꝫ theologiā
volucer. S3 i ɔsolatōe r̄cipiēda
ɔ̄ fortuitos casus ɔ̄ vanā mōi
felicitatem. Cur nō suffecerit celebris ille
dyalogus phie cū Boetio. qui prius ele-

gāti stilo/breui/⁊ splēdido ꝯpositus ē. sententias grauissimas atq; verissimas in se tenens? ¶ Volucer. Noli mirari monice. si theologia philosophie ꝑficit/quoniam sicut naturaꝫ gratia/sicut ancillam domina ⁊ discipulā magistra/ sicut temp⁹ eternitas/ sicut ratiocinationē intelligētia sicut visibilia ea q̄ non vident. sic theologia philosophiā exuperat/ quā nō abijcit sed in obsequiū sumit. Est aūt lex diuinitatis ⁊ ordo. vt suprema inferioꝝ iungant ad superioꝝ infima/ more ꝯcatenationis/ veluti plato loquebatur/ que in corporalibus argentea in spiritualibus aurea vocabatur. Et plane hanc in scala iacob graduum figurationem accipimus. ¶ Propterea sub compēdio procedētes inducemus theologiam inchoantem verbū ab illo supremo/ quo philosophia consolationē suam apud boetium terminauit. Ita enim recto breuiatoq; ordine procedet theologia/ sursum machinam sue deductiōis erigens. si philosophie sibi fundamenta substrauerit. ¶ Quale vero sit illud quod postremum philosophia posuerit? puto meministi. Magna enim vobis est inquit si dissimulare non vultis: necessitas indicta probitatis. cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. ¶ Monicus. Memini volucer/ ⁊ q̄li ꝑncipio exordiēs: quali ꝑterea medio ꝓgrediēs huc usq; ꝓcesserit retineo. nimirū qui studio libri illi⁹ ab adolescētia vehemēter incubuerim.

Volucer

Congratulor eruditōni tue Si quidē ab hac snīa qua philosophia desinit: theologia suam cum ꝑegrino ꝯsolationem initiat/ qualis sententia formaliter in augustini soliloqo posita est. ¶ Et certe paulus dum ad hebreos scriberet/ collaudaturus virtutem fidei/ ꝓposuit symbolum nature/ qđ hominibus ꝓ omni tempe necessarium fuit. Credere enim oportet accedentem ad deum/ quia est ⁊ inquirentib⁹ se remunerator sit. At vero deus ipse qualis iudex existeret/ qualem insuꝑ remunerationē daret q̄rentibus se/ nō potuit philosophia neq; discipuli sui ductu rationis inuenire. Deficiebat em̄ volētibus ad altiora ꝯscendere scala creaturaꝝ. ꝑ quā sempiterna dei virtus atq; diuinitas licꝫ possit attingi/ non tn̄ vsquequaq;: vt cognoscerent quales quātas ve penas reprobis deum ꝯtemnentibus/ qualia porro ꝑmia se inquirētibus/ iustus iudex tribueret. Qđ facere si vel philosophi vel poete tentauerunt/ euanuerūt in cogitatiōibus suis. et vix aliud q̄ errores fabulosos sibiq; dissidentes fingere potuerunt. Rectam deniq; mādatoꝝ dei viam nescierūt qua ꝑgit ad vitā/ q̄ est status oīum bonoꝝ aggregatōe ꝑfectus. qualē hic asseq neminē posse philosophia demōstrat expimentali rōne. Sꝫ vel virtutes vel actus formales quibus attingat iste stat⁹ obiectiue quidē. in deo intuitiue ꝯgnito philosophia tradere nō valuit. Miseratus aūt desuꝑ humanos errores deus/ eas veritates necessarias et salubres ad q̄s euehere n̄ poterat philosophia nec tentare debuerat/ theologia suꝑnaturaliter infusa/ sicut ⁊ humanus suꝑnaturalis ē finis/ reuelauit ⁊ addidit. Inē q̄s: nō irrōnabilit theologia suꝑ istā q̄ deus inq̄rētibus se remunerator sit. q̄r vicꝫ iust⁹ iudex est cuncta cernens. collocat ⁊ adijcit modū iudicij a xp̄o tradidi. Ibunt hi nō dubiū quin mali: in supplicium eternum: Iusti aūt in vitā eternā. ¶ Neq; enim est alia veritas efficacius generatiua timoris dn̄i q̄ ista/ claudēs in se horrendissimū illud damnatiōis tonitruū. Ite maledicti in ignē eternū. Nunqd nō horrendū valde ꝓijci a facie dei sūmi boni? Sꝫ ad horroris cumulū inexcogitabilē/ addit maledictio trudens in ignē: nō qualemcunq;/ sed eternū. Et hoc cum dyabolo ⁊ angelis eius. vbi ascendet fumus tormētoꝝ in stagno ignis ardentis ⁊ sulphuris/ vsq; in secula seculoꝝ. vbi vermis eoꝝ nō moriet/ ⁊ ignis eoꝝ non extinguet. Et erūt vsq; ad satietatē visionis omni carni. Ad huc auditum si fides admixta est: timorē domini quis non sibi suscepit? Est autē timor domini initium sapientie. ⁊ ab ipso concipimus spm̄ salutis. Et ꝑ eum declinat oīs a malo. illumināt corda/ ⁊ in oblectatiōe

venit misericordia. ¶ Monic⁹. Qua
rōne fieri pōt o volucer/ ꝙ ꝑ timorē ⁊
talē timorē veniat quevis oblectatio? Ti
mor em̄ penā habꝫ/ quē ꝑfecta charitas fo
ras mittat. Qualis amplius esse consolatō
pōt habēti ꝑ oculis assidue stagnuꝫ ignis
ardētis ⁊ sulphuris. in qđ nec corruat: for-
midare hꝫ momēto quolibet? Nec vnq̄s
dū vivit ab hoc pavore securus ē. Nescit
em̄ homo finē suū neqꝫ si amore vel odio
dignus sit. ¶ Volucer. Recte censeres
monice si theologia fidelis nequaq̄ꝫ ad vl
teriora ꝑ timorem istū ꝓveheret/ si nō ad
spem q̄ non ꝯfundit: effugere compelleret
Si nō deniqꝫ ad deum totius ꝯsolationis
ꝑ dilectionē amplectendū sibiqꝫ adheren-
dum. velut in locū refugij: mirabiliter in-
duceret. ¶ Monicus. Vellem audire
quo pacto fieri habꝫ hec inductio vere mi-
rabilis de timore in spem ⁊ amorē: Neqꝫ
enim eadem sede cordis sil' habitare posse
videnē timor ⁊ spes. licꝫ legam ꝓphe iussi
onem regibus terre vt serviāt dn̄o in timo
re ⁊ exultent cū tremore. Et per sapientem
Qui timetis dn̄m sperate in illū. ⁊ iterum
ꝓpheta. Beneplacitū est dn̄o sup timentes
eum ⁊ in eis q̄ sperāt sup misericordia ei⁹.
⁊ alibi sine numero spes timori ꝯiungitur
Volucer. ¶ Attendēdus est o monice: so
lerter ordo iudicioꝝ supremi iudicis dei.
qualē philosophia nō attingit. Vn̄ theo-
logia velut humano more loquēs triplicē
deo curiā: triplicemqꝫ thronum deputat:
¶ Residet in prima curia ⁊ throno indul-
gens gratia. Residet in altera curia ⁊ thro
no corrigens misericordia. Residet in ter-
cia curia ⁊ throno damnās iusticia de qua
ꝑ apostolū. Horrendū est incidere in ma
nus dei viuētis. ¶ Tradiderat homines
oēs in hanc mortis damnationē ꝑuarica-
tor adam. nec erat qui ď manu hac iudicā
tis dei posset eruere/ si nō supra nature vi-
res ⁊ merita/ constituisset nobis iustus iu
dex deus/ ꝑ sacramentum reconciliatiōis
vnigeniti filij sui dei/ curiā primā et alte-
ram in quibus gratiā ⁊ misericordiā iudi
ces collocavit/ inthronizans qn̄ factus est
nobis a deo sapientia ⁊ iusticia: sanctifica-
tio ⁊ redemptio. Qn̄ preterea datū est ho-

minibus damnatis in curia iusticie eā quā
si gravaminis illatricē posse declinare ap-
pellādo ad supiores curias grē ⁊ misericor
die/ qm̄ superexaltat misericordia iudiciū.
fitqꝫ vt vbi abundavit delictū supabūdet
⁊ gratia/ quod philosophia nō cognovit.
¶ Monicus Incipio volucer gravi
oribus q̄ antea scrupul' vrgeri/ vt omittā
q̄stōies interim multiplices/ ex tuis hn̄tes
dictis ortū de fide philosophoꝝ ⁊ alioruꝫ
quo pacto salvati sint aliq̄ sub nature so-
la lege. Tradit itaqꝫ philosophia vix per-
scrutabilē divine ꝓvidentie vivacitatem:
ꝑsertim dum ad eam ꝯferē humani liber-
tas arbitrij/ cum certa ꝑcognitione futu-
roꝝ. Sed ecce supaddit theologia difficul
tatem in immensū minus investigabilem
neqꝫ comp̄hensibilē. dum quosdam ex ho
minibus recipit iudicādos in curia gratie
vel misericordie ⁊ eterne beatitudinis ꝑtici
pes facit. Alios vo multo plures damnat
in eternū sua iusticie severitas/ dicente eo.
Multi vocati: pauci vo electi. Mirū aūt
si q̄s in hac recogitatiōe ꝯstitutus nō per-
turbeē ⁊ totus horrore tabescat/ qualit' ab
scondita nō est ꝯsolatio ab oculis suis (iu-
xta scripture vbū) dū ita deus inē fratres
dividit. ¶ Volucer. Fatendū est in pri
mis Monice: ꝙ hec ꝯsideratio iudicioꝝ
dei qui terribilis ē in ꝯsilijs sup filios ho-
minū/ si cū supba curiositate recenseatur
ꝑcipitat in illā sapiētis damnationē. Qui
scrutator est maiestatis opprimeē a gloria
exterminat omnē bone ꝯsolationis vtutē
deniqꝫ in reprobā de deo desꝑationē/ et in
odiosas rabidas ⁊ insanas blasphemias ď
mergit ⁊ absorbet. hoc in viatoribus aliq-
bus hoc in damnatis omnibus operatur.
¶ At vero ꝯsideratio talis si cum debita
humilitate ⁊ reverētia fidelis et pij cordis
assumaē. Si cū captivatiōe oīs intellect⁹
ī obsequiū fidei revolvaē. nullā existimat
ꝑegrinus noster potiorē vel efficaciorē ad
consecutionem legitime consolatōnis viā
divinitus elargiri. Nōne senserat hoc pro-
pheta dum suspirans ait? Memor fui iu
dicioꝝ tuoꝝ a seculo dn̄e/ ⁊ ꝯsolatus sum
Quā ꝯsolationē nescio si vehementius ex-
ꝑssit alio loco is q̄ dixit. Et exultaverūt .i.

extra se salierūt/filie. inde propter iudicia tua dñe. ¶ Monicus. Obseruandū ne est obsecro volucer: ne minus sobria forsitan sitis ꝛ insolens sit hui⁹ doctrine traditio. qm̄ stultoꝝ infinitus est numer⁹/carnalium et arrogantiū/q̄ nō capiūt q̄ dei sunt. ꝛ si nō dixeris ea q̄ versant̄ in corde suo et q̄ suo ingenio penetrare se gloriari possint. ¶ Volucer. Corrigit ꝛ repellit tuam hāc hesitatōꝫ ꝯscius arcanoꝝ diuinorū apl's q̄ satagens contentiōꝫ gentiliū romanoꝝ/ꝛ iudeoꝝ qui susceperant fidem compescere/collocauit totius disputatiōis sue velut centrū ꝛ cardinē supremū cōsiderationem diuine predestinatōnis ꝛ p̄scientie ab illo loco. Scimus aūt qm̄ diligentib⁹ deū: oīa coopant̄ in bonū his q̄ ꝫm propositū vocati sunt sancti. Nam quos p̄sciuit ꝛ p̄destinauit ꝛc̄. Vsqꝫ dum exclamat. O altitudo diuitiarū sapientie ꝛ scientie dei/q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius ꝛ inuestigabiles vie eius. Quis eñ cognouit sensum dñi? Aut quis consiliarius ei⁹ fuit? Aut q̄s prior dedit ei ꝛ retribuet̄ illi Illic inserit q̄ nō volentis neqꝫ currentis: sed miserantis dei est. ꝛ cui⁹ vult miseret̄. ꝛ quem vult indurat. Et q̄ nō ex opibus. sed ex vocante dictū est Iacob dilexi: esau aūt odio habui. ¶ Apl'us igit̄ doctor gentium in fide ꝛ veritate/inter quas erāt insipientes multe carnales ꝛ superbe. si premissam eis consideratōꝫ ꝓ sua edificatōne nō timuit exponere: quatinus eas ꝛ iudeos mutuo reduceret ad legitimā pacis ꝛ charitatis formā. Quo pacto verendū erit inter xp̄ianos: p̄sertim eos qui de sua salute soliciti sunt cōsideratōne ista vtiqꝫ apud eū/talem de sua salute cōsolationeꝫ suorūqꝫ similiū opata ē. vt assereret Cert⁹ sum eñ q̄ neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ angeli: neqꝫ principatus. neqꝫ virtutes. neqꝫ instātia. neqꝫ futura. neqꝫ fortitudo. neqꝫ altitudo. neqꝫ ꝓfundū. neqꝫ creatura alia poterit nos separare a charitate dei q̄ est in xp̄o ih̄u dño nr̄o. ¶ Poterit autē certitudo talis accipi de certitudine reuelationis diuine si Paulus de se solo loqueret̄. Sed dum cōnumerauit alios electos: dei cōuenientu⁹ intelligit̄ hoc eē dictū d̄ certitudīe spei. q̄ tranquillitas ꝑ q̄ntū sit opatiua. sat̄ ad modū ꝓpha regi⁹ exposuit. q̄ dū gloriabund⁹ in dño dixisset. In pace in idip̄m dormiā ꝛ reqescā. Subintulit ꝓ cā spem/dicens. Qm̄ tu dñe singularit̄ in spe cōstituisti me. ¶ Monicus. Scire velim o volucer quo studio vel industria deuenit aduena nr̄ vt in hac pace in idip̄m frueret̄ ¶ Volucer. Accipito v̄ba mea sobrie: Neqꝫ eñ dicere p̄sumo: nisi qd̄ aspirat ꝛ aspirare suadet ad illam pacē in idip̄m cū ꝓpha dicente. Cōcupiuit aīa mea desiderare iustificationes tuas/in oī tp̄e/si forte aliqn̄ desideriū sui ꝛ similiū pauperuꝫ exaudiat dñs. ꝛ p̄parātōeꝫ cordis eoꝝ audiat aur̄ sua. Scit. n. qm̄ nemo repente fit summ⁹. scit qm̄ mun⁹ hoc grē magis est q̄ industrie. Nihilomin⁹ doctoꝝ deuotoruꝫ scripta relegens theologia ductrice/suis vti conat̄ industrijs/ne sibimet deesse putetur. deūqꝫ tentare videat̄. Enitit̄ experimento cognoscere q̄ sit illa pacis cōsolatio qua sobrie inebriatus exclamat psalmista. Quā mag̃ multitudo dulcedinis tue dñe quā abscondisti timentib⁹ te. Signanter ait abscōdisti/q2 nec ab habente tradi nec ab eo q̄ nō habet capi pōt. Est quippe nomen nouuꝫ in calculo candido scriptum. qd̄ nemo scit nisi qui accipit.

Terciū metrū primi libri

glyconicū coriābicū. ꝛ ꝓportōnat̄ sexto p̄mi d̄ ꝯsolatiōe pħie. Cū phebi radijs.

Agnū crede nimis bonū
Intus quo valeas frui:
Extra non liceat loqui.
Certe nescit homo vetus
Intro quid sapiat nouus
Hoc est manna reconditum.
Sensus quod capit intimus.
Queris qualis ei sapor?
Aurem verbaqꝫ quid paras?
Gusta post videas licet.
Degens frater agro senex
Querit gaudia/que domi
Frater iunior accipit.
Cecus mel ionathas prius
Gustat/protinus hinc videt.
Mel nobis sapidū deus.

Quo fastidia tollere
Mundi noxia fas tibi

Tercia prosa primi

Monicus.

Miseris interim volucer verbum sup istis affect9 deuoti sentimētis/in qbus stat sapiā: que in mysterio abscondita ē. Hec est theologia mystica/de qua tractatus fratris apud me duo/quosdā latino/quosdā vulgari scriptos stilo. Sed sup his altera fortassis die sermo fiet: ¶ Perge vero pse: qui de spe: rñdens ad pauculas interrogationes meas/q secretoꝝ aduene nr̄i consci9 es. Recogitat ne supremū iudicem deum: hoīes ex massa peccatrice: p̄destinasse qdez hos ab eterno sempiterne beatitudinis fore pticipes/alios vo prescitos ⁊ reprobatos ad suppliciū ppetuū: ¶ Volucer. Recogitat monice/⁊ id sane frequēt. ¶ Monicus. Accusat ne diuersum hmōi iudiciū dei: tanq̄ p̄terea sit in eo seua quedam crudelitas/indigna bonitate sua sūma: ¶ Volucer. Absit monice talis aduers9 deū blasphemia/neqz em̄ personā accepisse/neqz iniuriā fecisse dici potest qui nulli debitor est. Qd notauit apl's dicēs. O homo/ tu quis es qui rñdeas deo: nunquid dicit figmentū ei qui se finxit. quid me fecisti sic: An non habet ptātem figulus luti ex eadem massa facere. aliud quidē vas in honorē. aliud vo in cōtumeliā: Talis apud hoīes similitudo plurima reperit. nedum super rebus vita carentibus/sz animatis/quibus vtunt p arbitrio suo alijs ad mortem. alijs ad ꝯseruatōnez nec arbitrant se: vel iniurie: vl' crudelitati obnoxios esse. ¶ Quid si vult deus in magna domo sua manifestare diuitias glīe sue. istis in ostensionē misericordie; alijs in manifestationez sue iusticie/glorificans illos ex misericordia/istos ex iusticia derelinqns: quatinus resultet carmen illud pulcerrimū. Ex graui tenore iusticie/et molli cantu misericordie/de quali profitet propheta. Misericordiam ⁊ iudiciū cantabo tibi dñe ¶ Qz si pauciores sunt q saluant/ manifestioz ē in hoc gr̄a dei quēadmodū int surdos ⁊ claudos mutos ⁊ mortuos/pauciores sunt qui miraculo curant/q̄ qui ꝓprie ꝯditioni relinquūt. ¶ Verꝝ dū ad singularia fit descēsus ⁊ inquisitio. cur vicz Petrum vel Paulū deus elegerit ad salutem Iudā vero ⁊ diuitem epulonē dereliqrit: oportz vt humana garrulitas apponat digitū ori suo/hoc vnū ꝓfitens q iustus est dñs in oībus vijs suis. ¶ Itaqz sicut nulla pōt assignari ratio cur inter tot res possibiles fieri/ista nō: illa facta ē/nisi bñplacitum dei. Ita de recreatione seu regeneratiōe/ad vitā spūalem/multomagl dici debet. Neqz cōfugiendū est ad illoꝝ merita vel opa/quos ab eterno p̄destinat deus. qz si ex opibus: iaz nō ex gr̄a. Sz neqz priorē eterna dei volūtas cām hz/qui fecit omīa ꝓpter semetipm. impiū quoqz in diē vindicte. Nihilominꝰ fatendum ē q nemo sine culpa damnabit. sicut absqz gr̄a saluabit null9. ¶ Monicus. Pergo volucer L inqrere cōsequēter/si hanc aliquādo pegrinus noster ꝯsideratōnem super se/et ad se reflectit. Meditans ne forte sit ex nūero reproboꝝ/neqz em̄ gloriari potest se peccatum nō habere: neqz de alia massa esse q̄ ceteros: ¶ Volucer. Dicam illud monice qd sentio. Meditatur aliquando secum conquerens. quid si iusto dei iudicio damnandus es: Si reperit indispositum corsuū ad humilem hui9 ꝯsideratōnis susceptōez/derelinquit eā/⁊ ad alia se cōuertit. quēadmodū fieri ꝯsiliū ē in tentatōib9 vel interrogatōnib9 carnaliū pctōꝝ/vel experientijs eaꝝ rerū/ q sunt difficillime delectiōis. vt si qrat aliqs a semetipo. Malles membratim laniat9 mori/q̄ illecebrose voluptati mulieris pulcerrime consentire: ¶ Si vo percipit affectū suum/deo propicio tranquillum/humilē et suauem/sicut imprecat apostolus. Deus autem spei repleat vos oīu gaudio/⁊ pace in credendo/ vt abundetis in spe/et virtute spiritussancti. sistit pedetentim tamen ⁊ caute/ in hac recogitatōe: si forte dānandus est. Cui9 apprehēsioni/neqnaq̄ remurmurat/sm pñ-tem affectū/⁊ sensuz de diuina iusticia. Sz hūiliat9 dicit. Iust9 es dñe/⁊ rectū iudiciū tuum. Nō q dānationez eligat. Absit. qz

Quid sit recogitandū frequēt.

Ds nulli facit iniuriam.

Similitudo.

Solutio.

nec deus hoc vult ipm̄ velle/ sicut nec pecca re nec desparare dū viator ē. Dicit potius cū Job. etiā si me occiderit tn̄ in ipso spabo. Et cōuersus ad dn̄m cū pio ⁊ humili affe ctu. Scio inqt eq̄ssime iudex/ qm̄ damna ti ī inferno te odiūt. te iniustū. te inuidum te crudelissimū iudicāt. te blasphemant. te sāctisq; oībus ore rabido maledicūt. Scio ꝙ illic cōstitutus (heu me miseꝝ) sic agerē At vo dū interim affectib⁹ tā efferis ⁊ blas phemijs careo. amo te q̄ totus es amabilis. te iustissimū/ te amātissimū/ te clementissi mū diiudico. te collaudo. tibi sāctisq; omi bus tuis ore pio bn̄dico. qcq̄d postremo d̄ me futuꝝ ordinauerit volūtas tua/ corde credo ⁊ ore ꝯfiteor. qm̄ nulla ē iniquitas apud te q̄ sāctus es in oībus opibus tuis.

¶ Monic⁹. Placet volucer distinct⁹ iste mod⁹ habēdi se circa recogitationē diuine ꝑdestinatiōis seu ꝑsciētie/ nā sicut in pmo curiositas temeraria: sic in scd̄o meritoria valde hūilitas exercet. ¶ Vidē sic ē ī aspe ctu vl' recogitatōe formose mulieꝶ/ vbi pe riclitaret incōtinēs. ꝯtinēs vo fortiē habi tuatus/ vteret ad vtutē. ¶ Video ꝙ amor hic gratuitus ē: nō mercēnarius. nō recur sus. hec affectio filialis vel fidelis sponse. quē amorē/ q; donū suū ē/ nō acceptare nō pōt. q; diligētes se diligit. Beat⁹ q̄ ascēsio nes ī corde suo disponēs ad hūc gradū pe ne supmū ꝑuenit. ¶ Sentio deinceps magꝭ ac magꝭ quo medio pōt hec cō sideratio pacē quandā ⁊ ꝯsolationē opari Ita tn̄ si sit apud hoīes q̄ pctā iā nō iterāt: nā iteratio pctōꝝ quid aliud ꝑtēdit ꝙ re probationē ⁊ interitū? Attēto ꝙ spes non ex meritis ꝑueniēs ꝑsūptio ē. nō spes esti māda. ¶ Volucer Scio o monice qm̄ nemo ē q̄ viuit ⁊ nō peccet qn̄ et septies in die cadit iust⁹. Et beat⁹ dr̄ a psalmista: nō q̄ non fecit. sz cui nō imputauit dn̄s pctm̄ Mirū fortasse videbit q̄d dictur⁹ sū. Inue nire ē hoīem q̄ quāto plurib⁹ impugnat tēptatiōib⁹/ quāto renitēs eis pluries euin cit/ vel ī voracitate gule. vel ī somniculosa dormitatōe/ vel ī stimuloꝝ carnis crebra ꝑ pessione/ ⁊ alijs hmōi/ tāto frequēti⁹ certi⁹ ⁊ iō forti⁹. q; humili⁹/ ī deū se ꝓijcit. d̄ deo spat ⁊ ꝯfidit. Cōsulte q̄dē dū nullā videt in se fiduciā resistēdi vitijs/ neq; vtutes ⁊ salutē adipiscēdi repositā. Fallor si nō ita dauid egerit inquiēs. Impulsus euersus sū vt caderē/ subdit cui⁹ innixus ē auxilio/ ⁊ dn̄s suscepit me. Rursus cū ab hoībus si bi desꝑatio improperaret/ q; tulerat ouem ⁊ pastorē occiderat/ ⁊ diceret. nō ē salus ipi ī deo eius/ ipe solidiori spe deo fisus rn̄de bat. Tu aūt dn̄e susceptor me⁹ es gl'a mea ⁊ exaltās caput meū. ¶ Monicus. Ve intelligo volucer. Ita se res habz/ ꝙ apd̄ vere humilē quāto minus ē in se spei/ min⁹ ī ope aliena fiducie. min⁹ deniq; vult ꝯsti tuere iusticiā suā. tāto plus spei plus fidu cie de deo ꝯcipit. plus quoq; iusticie dei fit subiectus. dicēs ex sententia. Mihi aūt ad herere deo bonū ē/ ⁊ ponē ī dn̄o deo spem meā. clamās ei. ī tua iusticia plane non in mea/ libera me. Postremo magꝭ intellige re nūc videor/ q̄ ī deuotoꝝ libris legi/ d̄ in troductiōe spōse in cubiculū spōsi. d̄ oscu lo oris ei⁹/ post osculū manuū ⁊ pedum/ d̄ habitatiōe ꝑterea ī adiutorio altissimi/ nō ī habitatiōe vel meritoꝝ ꝓprioꝝ q̄ vana ē/ vel penaꝝ futuraꝝ q̄ anxia vel industriaꝝ ꝓpriaꝝ q̄ timida est ⁊ incerta. ¶ Certa vo qualit̄ esse possit in adiutorio altissi mi. int̄ tot vite discrimīa. int̄ tot criminū lapsus. int̄ tantā electoꝝ paucitatē edisse ras velim. ¶ Volucer. Reꝝ ista ꝯditio ē o monice/ vt ī suos fines tendāt q̄b⁹ ade ptis quiescūt adherētes eis. hoc d̄ grauib⁹ deorsū. hoc de leuib⁹ sursū videre est. Est aūt humani cordis desideriū et pōdus/ in deū/ sicut ī locū suū ⁊ centrū ferri. est supre mū post q̄d nō relinquit̄ aliud hūane pe regrinatiōis refugiū. Supest igit̄ nihil in fra q̄d/ vl' vltra q̄d possit humanū se cor de flectere vel fugere: dū pōdere suo se ꝯstitu it adherere deo. nūc interim ꝑ spem: fides ⁊ amorē. neq; em̄ sibi dat aliter status pre sens. Porro sicut aliquis dr̄ adherere cer titudinalit̄ loco alicui vel baculo/ dū; to tis viribus ita stare vult. nō aliter spem cer tam dicimus ꝑ deliberatā voluntatis ad herentiam. neq; em̄ spes est in assensu ⁊ vi rationali/ sed desiderio ⁊ expectatōe virtu tis irascibilis tendētis in ardua. q̄d deside rium tendētia/ vel expectatio reperit̄ ī vir

vnaq̄q; res tendit in finē suum

N.ª

N.ª

tute spei cum tanta certitudine ꝑ adherentiā volūtatis/ ꝙ per nullius temptationis vel recogitatiōis insultū vult ab ea semet euellere. ¶ Consurgit ex radice simili certitudo in assensu fidei: dū per nullas rationes vel fantasias fidē impugnantes/ vult derelinq̄re/ quo minus stet in fide/ ad obeditionē dei/ ⁊ meriti conquisitionē.

Quartū metruz ꝑmi

dimetrū Jambicū. ⁊ currit cū metro tercij libri Boetij/ Habet hoc voluptas.

Ve montis alto stat iugo
Quercus suis radicibus
Defixa nitens fortiter:
Ventos ⁊ imbres non timet.
Assumit hinc plus virium
Quo plus in imo se locat
Concussa venti turbine/
Sic spes ferens tentamina
Antheus inuictus fuit
Dum cautus incubans humi
Non vult in altum surrigi/
Elatus ilico perit.
Que collocatur saxeo
Domus loco fideliter/
Venti/ pluuie/ flumina
Deseuiant/ nunq̄ ruit.
Herere vos spe firmiter
Vestro loco nitamini.
Vester locus certe deus:
Quo spes reponit certior.

Prosa quarta ꝑmi libri.

¶ Monicus.

Visum est aliquibus o volucer ꝙ spes in prescitis semper sit erronea. Id em̄ se putāt habituros quo carebunt. Alij volentes hanc absurditatē euadere dixerūt spez in hac ꝯditionali existere. Si legē dei obseruauero saluus ero. ¶ Volucer. Monice. nec hoc vltimū sufficit ad spem. staret em̄ cum desperatione talis conditio. Nec primū sobrie dictum est: ꝙ deus obliget reprobos ad errandum/ sicut obligat ad sperandū. Proinde spes ad certam beatitudinis expectationē/ sic se habz. Ponit sibi per fidem/ ꝙ est aliqua talis beatitudo. in q̄ ꝙ ad illam pura liberalitate ⁊ gratia deus ab eterno quosdā predestinat et eligit. Addit ꝙ ad cōsecutōnem hmōi finalis beatitudinis: ordinauit media cōuenientia/ varijs modis sine numero. Inter que mediū precipuū est gratia. que ideo dicit vita eterna. quia pignus eius est/ vel arra. Hanc autem gratiam nulli dedit neq̧ daturus est: nisi per medium mediatoris dei ⁊ hominū. Quā gratiā pro omnibus meruit ad sufficientiā. sed non ad efficaciā. nisi incorporatis sibi per fidem habitualē/ vt i paruulis. vel actualem ⁊ habitualem que per dilectionē perseueranter operat. que fides minus explicita fuit in ꝓphetis tempore legis scripte/ q̄ in apostolis tempore gratie. Et longe minus in philosophis et alijs gentilib⁹ ꝑ lege nature. Quāuis em̄ oēs accedentes ad deum oporteret credere ꝙ deus est. ⁊ ꝙ inquirētibus se remunerator sit. quis esset tn̄ modus quo talis remuneratio ꝯsequeret/ per mysterium vicz incarnatiōis filij dei. sicut nō erat explicite reuelatū/ sic nec explicita fide credendū. Ceterz spes taliter instructa ꝑ fidem. q̄ suus est oculus/ figit in primis desideriū suum ad beatitudinis adeptionē tāq̄ ad finē. Et ab illo desiderio nequaq̄ vult auelli. Deinde desiderat media q̄libet ad huius finis assecutionē per dei ꝓuidentiā ordinata/ per arma iusticie sicut dicit apostolus. a dextris ⁊ a sinistris. ꝑ gloriā et ignobilitatē. per infamiā ⁊ bonam famā ⁊c. Fides itaq̧ rursus dicit ei: ꝙ diligentib⁹ deum et sperantibus in eo/ omīa cooperant in bonū/ sicut tradit apostolus ꝙ oīa nostra sunt/ conformiter ad christū. Primuz querite regnum dei/ ⁊ omīa hec adijcient vobis. neq̧ talium aliquis predestinatorum peribit vnq̄. Quo contra fit ꝺ reprobis quibus omīa cedunt in malum/ etiam aliena bona que in scandalum sibi vertūt ⁊ ruinam. Nihilominus quoniam ignotum nobis est quos vult inter homines deus et qualiter saluos fieri/ operandum est bonum ad omnes/ vel orādo/ vel commonendo/ vel hortando/ vel increpando/ vel ab erroribꝰ ⁊ vicijs abducere satagēdo. Ita sagena caritatis ꝯcludit in se bonos ⁊

[Handwritten marginal note:] .q.m° spes se habeat ad expectationem beatitudinis

Diligentibus [...] cooperan[tur] in bonum

Malos separādos in die iudicij. Prete- P
rea si ex peccatis electorū diuina boni-
tas pōt. scit ⁊ vult elicere bona. nō tn̄ idcir
co mala bona sunt / vel eligēda. sed tamen-
da penitus plangēdaqꝫ. Collaudandus
aūt benignissimus ⁊ oipotēs deus qui ma
lis nr̄is nō solū nō vincit̄ / sed ex eis opat̄
bonū nr̄m. ¶ Sic em̄ dt̄ oia sub pctō con
clusisse: supple pmissiue vt oim misereat̄.
Peccauit petrus / humilior cautior ⁊ mise
ricordior effectus est / nō actōe mali sed mi
seratōne dei. Peccauit Magdalena / plus
postea dilexit. qr multū sibi dimissum est.
⁊ in exēplar pnie ceteris cessit. Blasphem⁹
fuit Paulus. ꝯfitet̄ humiliatus / q̄ nō sit
dignus vocari apl's / ⁊ est inter pctōres pri-
mus. Deniqꝫ iocundat̄ pr̄ ⁊ epulat̄ in rece
ptione filij ꝓdigi. Et gaudiuꝫ est angelis
dei sup vno peccatore pniām agēte. Quis
nesciat ꝓinde paupes dum de stercore pec
catorum erigit eos deus: collocās in glori-
am cum principibus ppli sui. q̄ in ampli-
ores erga diuinā benignitatem assurgunt
gratiarū actōes / nō quin innocētia ꝑserua
ta seruataqꝫ / plus habeat dignitatis ⁊ grē
ceteris paribus. Sed in repatōne deꝑdite
magis eminet misericordie benignitas.
¶ Miserandū vo est. qd̄ in reprobis agit̄
e diuerso / de virtute ⁊ humilitate supbiūt
de gratuitis dei donis vel ingrati sunt vel
tepidi / vel in suā ⁊ aliorū ꝑniciem ⁊ dei in
honorationē abutentes vertūt. Ita vt eo-
rum qnqꝫ fiat orō in peccatū. hic ꝑ ingra-
titudinē. in inferno aūt ꝑ blasphemiā in-
saniorē. Recordātes ei queādmodū fuerīt
aliqn̄ supplices deo. Hec ⁊ illa bona facie-
tes: venerantes sanctos sanctasqꝫ oēs cum
deuotione: quidni rabidiori contabescāt
odio ⁊ maledictis latrent aduersus deum
sanctos sanctasqꝫ oēs: ꝑsertim eos quos ꝑ-
cipue coluerunt eos inuidos: eos crudelis
simos: impios ⁊ ingratos. qui nō ipsos a
tormentis cum possent eripiunt / acclamā-
tes. ¶ Quid ergo dicemus ad hec: faciem⁹
igit̄ mala vt deus eliciat bona / vel bona vi
tabimus ne contingant mala qualia teti-
gimus: Absit. ꝓpter id em̄ quod per acci
dens est: non debet illud qd̄ de ꝑ se est va-
riari. ¶ Monicus. Horresco volu- Q
per hec audiens / et videns te sup admi-
rabili via niti ꝓ consolationis adeptiōe:
dum tremēde ⁊ cōtrarie desolatōis memo
riā subinducis. ¶ Volucer Hic mod⁹
est. hec ars theologie / crediderim monice /
q̄ sicut ꝑ stulticiā ⁊ scandalum ꝑdicatōis
crucis saluos fecit credētes sic ꝑ insipiētiā
trahit ad sapiām dicente aplo. Si quis vi
det̄ inter vos sapiēs esse in hoc seculo. stul
tus fiat vt sit sapiēs. Non aliter vult eadē
theologia ꝑ summā desperationē de hoie:
trahere ad summā de deo spem: ⁊ ꝑ desola
tionē inestimabilē ⁊ intolerabilē: sursum
ducere ad solidā cōsolationēꝫ ¶ Addide-
ris nullā esse recogitatōnē q̄ plus ista radi
caliter euellat ab humano corde supbiam.
de se semꝑ aliquid magnuꝫ ꝑsumentē / cui
resistit deus: q̄ magis insuꝑ gignat ⁊ nutri
at humilitatē legitimā sub deo ⁊ ad hoies
vicijs ꝓcul expulsis q̄ fert secum supbia.
Nam qua fronte poterit aliquis fratrem
suū qualēcunqꝫ deinceps. vel odio vel ira
vel inuidia ꝓsequi. immo nec aīo q̄ repro
bus sit iudicare: qui videt se de eadē mas-
sa peccati in eadē damnatiōe esse. neqꝫ scit
quid sibi crastina pariat dies: Qr si volu
erit gloriari de bonis suis / mēdax est si nō
habet. si hꝫ illa gratis accepit a deo. Quid
ergo gloriat̄ q̄i nō acceperit. Quid ꝑterea
iudicat alienū seruū qui dn̄o suo stat / aut
cadit: stabit aūt. potens est em̄ deus statu
ere illum. Sub hoc intuitu dixisse putan-
dus est apl's. Venit deus saluos facere pec
catores / quorū primus ego sum. ꝑmus in-
telligo quo nullus prior / videns se cū alijs
equaliter filium ire. ⁊ ex eadē peccati mas-
sa esse / q̄les venerat saluare deus. ¶ Mo-
nicus Intelligo volucer materiā hāc R
de timore ⁊ spe latā esse. vellem traderet̄
sub compendio modus quo ꝑcipue spes
stabilit̄. ¶ Volucer Nimirū stabilit̄ a
deo / cuius supnaturale donum est. Sed
si particularius aliquid exigis. inuenitur
quadruplex meditatio q̄ velut in tetrago-
no firmissimo gestat spem. Una medita-
tio est diuine iussionis vt speres. Altera di
uine ꝓmissionis si speres. Tercia immen-
se dei pietatis ne desperes vnq̄ de suis mi-
seratōnibus. Quarta ꝓprie fragilitatis / ne
speres in te vel in ꝓprijs virib⁹. ¶ Dic igit̄
cogitatiōi tue solicitāti spem deserere. dū

N.a

Meditatio 4.a stabiliens spem.

nōn facis certā vocationē tuā/p bona opa quotidie corruēs de peccato in peccatum. ingerenti pinde ne sis de multis vocatis et nō electis/sicut vita tua filiis est multorum. Dic rn̄dens/q obedis iubenti deo q mille locis scripture sacre pcipit vt speres in eo, cui dicito. Exurge dn̄e deus in pcepto qd mandasti. pijcio me in te iubente te. nō es crudelis aut fallax vt abijcias me iuncta psertim multiplici pmissione tua/ qua sperātibus in te pollicitus es q liberares eos: eriperes: saluares et glorificares. Cuius demum tam immēsa pietas est. vt nullis peccatis etiā infinitis si cōmisissem ea solus/ vinci possit hic in via. Qd qz interposuisti cū immobilitate cōsilij tui iusiurandū. vt p duas res immobiles sicut loquit apls tuus quibus impossibile est mētiri te/nos fortissimū solatiū habeam9 ad tenendā ppositā spem. Quis em̄ sis inobligabilis a creatura tua rōnali/quicqd agat p te vel erga te. voluit tn̄ dignātissima condescēsio tua: cōmerciū qddā habere cuz hoibus/vt bn̄ de te mereant si iussa tua cōpleuerint/et in te sperauerint/qui fidelises et teipm negare nō potes. Hec tu ita deo. ¶ Postremo dū ppria fragilitas obijcit vt desperes. desperes volo. sed de te et in te quibus hō et caro es. nam maledictus hō qui cōfidit in hoīe/et ponit carnē brachium suum/et a dn̄o recedit cor eius. ¶ Sed hic occurrit trepida cogitatio dicens. q rōne conabor declinare vicia. virtutes adquirere. seruare mādata dei. sine quibus sperare vitā ingredi/iā nō spes est sed arrogās et infidelis psumtio: Conaberis prsus. sed in adiutorio altissimi. et millies victus. millies conaberis eo quidē amplius et certius/q nulla tibi supest fiducia de proprijs opibus. Propterea dicturus Salomō finē pcionatois sue dū pferre vellet Serua mandata pmisit. deū time. qr vicz ab ipso est bonum vel velle vel perficere. ¶ Monicus. Retuneo q in solilo-quijs silia de se cōfessus ē Aug. Sperabā inqt aliqn̄ in vtute mea q nō erat vtus Et cum sic volui currere/vbi magis stare credebā/ibi magis cecidi. factusqz suz magis retro q an̄. Dicebā ei: hoc faciā. illud pficiā. fiebatqz post: nec hoc nec illud. qm̄ de meis viribus cōfidebā. Nunc aūt cōfiteor tibi dn̄e rex pr̄ celi et terre. qm̄ nō in fortitudīe sua roborabit vir. vt nō gloriet an̄ te stulta psūptio oīs carnis. ¶ Golucer. Traducit aduena nr̄ meditationē hāc etiā vsqz ad angelos sctōs/dū attēdūt horrorē diuinorū iudiciorū i dānatis. Canimus ei q tremūt angeli atqz archāgeli. tremūt intellige: nō ex fortitudie sue dānatiōis/qbus inest glie securitas. sz eo magl ex aliorū dānatōe. qi si tremerēt et pauerēt in se deficiētes/resiliūt in adiutorē vnicū deū: adherētes ei/se fragiles et nihilo siles reputātes sine eo. Addidit de hūanitate xpi q sicut inesse suppositali/sic innitit psonalitati filij dei q ppriā deserit/nec i se subsistit. ita inesse gre vel glie innitit deo/ q nullatenus in se. Et ita de sctis quāto pfectiores: tāto humilius et reuerētius in adiutoriū dei resiliūt. ¶ Quo cōtra de reprobis. q magis refugiūt a deo et ad se confugiūt: q dānabilius puniunt qm̄ in ipsis est amor sui/vsqz ad cōtemptū dei. sicut in alijs est amor dei: vsqz ad cōtemptum sui. ¶ Deniqz spes velut ancora quātominus in arenulis fragilibus et fluidis hūani auxilij figit/tāto solidius et certius supra firmā petrā (q xps est) defixa stabilit. ¶ Qr si quesierit aliqs. quid igit de illis qs nō saluat deus: Rn̄sum habeat q velut aīalia pter hoies creata sunt: ad obsequior varietatē/illa blādiēdo/ista seuiēdo. intelligere sic habemus pter electorū salutē pscitos esse formatos/siue nocere siue obsequi conent/vt nō gloriet oīs vel obsequēs electis/vel aduersans eis. Neqz tn̄ ita sūt accipienda q dicta sunt: qi tollat libertas arbitrij. Fortificat siquidem magis et instituit/sed in deo viuificāte p gratiā. q est velut aīa quedā vitam habens in potētia ad vitā secundā. ad meritoriā videlicet opationē. Itaqz sicut opatio aīalis psupponit esse nature. sic opatio spūalis vitā gratie. ¶ Sed neqz audiendus est Cicero. qui vt libertatez in homibus statueret/abstulit a deo puidentiā. Neqz rursus ex aduerso recipiēdus alter. qui diuinā puidentiam sic instituere voluit/vt arbitrio nostro necessitatē imponeret. Pro nefas etiā in peccans dicens deū velle et facere nos peccare

formidini

17

in manifestationē glorie sue. Porro viam mediā ⁊ regiā tradit theologia reuelata fide subnixa. q̄ gradiēdū est etiā vbi ratiocinationis p̄rie dissolutio plena nō pateret.
¶ Adonicus. Existimo ꝙ has sniās nec inexꝑti satis capiūt/nec expientiā dare ꝑt industria/nisi ꝑueniēte in bn̄dictionibus dulcedinis ⁊ coopante dei grā/ineffabili valde mō. Et hoc ē dei donū scire a q̄ postulāda sit ⁊ impetranda talis grā. Multa ei dicimus ⁊ deficimus. verbū āt abbreuiatū ⁊ cōsūmatū facit sapiā/dū in aīas sanctas se transfert. delicias suas ꝯputans esse cū filijs hoīm: in quibus bn̄placitū est deo/q̄ sperauerūt super miā eius. Sed ecce iā aduespascit ⁊ inclinata ē dies qn̄ ad se me vocat opus dei/sit̄ et vie lassitudo quietē te petere suadet. Expectet̄ ꝓ reliquis (multa em̄ querenda supsunt) sequēs dies. ¶ Volucer. Expectet̄ placet si ꝑus audieris sub exēplari modulamine q̄lis sit vt eū recogites/germani tui status

Quintū ⁊ vltimū metrū

primi libri dactilicū tetrametrū hypercatalecticū. currit cū quinto quarti de cōso. phi. Boetij. Si quis arcturi.

V
Nus e multis nauta ꝓfundo
Dū regit nauē. ventus ⁊ imber
Et ꝓcellarum turbida moles
Si repentinis motibus vrgent
Proximā nautis crebro minantes
Naufrage cladem mortis adesse
Nitit̄/fisus arte magistra
Nil inexꝑtum corde pauenti
Segniter linquens oīa solers
Tentat/vt nauis littora captet
Si mali vero tanta molestat
Seuiens pestis/iamq̃ latratu
Terret auditum scilla canino/
Attrahens gulpho cuncta voraci
Non opem possunt ferre sodales
Pars ⁊ in ꝑceps vltro laborat
Scitq̃ nauclerum stertere puppi
Obstupet talis quis/nihil vltra
Viribus fidit/spes nec in arte est
Respicit celum vota deo dat
Aut mari sese deicit alto
Nudus enatans. si scopulosum
Prominens saxum suscipit ipsum
Vel sinu tuti condit̄ antri
Laudat excelsum/gratior illi
Dicit euasi sorte benigna
O reseruatum sanctius olim
Obsequi fas sit xp̄e tibi me
Rursus aut si me nauigio das
Vtar illo fac ꝓsperiore

Explicit liber primus.

Incipit liber secundus. Prosa prima.

¶ Adonicus. E
Ecce nobis/o volucer/altera dies fulsit illa ꝯtinuaueris ꝓcor effari/q̄ cepta sit.
a Inderiſis eſt vis aīe appetitiua ſuſcipiēs immediate a deo naturalem quādā inclinatōnē ad bonū ꝑ quā trahit̄ inſequi monitōnē boni ex appꝑhēſione ſimplicis intelligentie p̄ſentati. Queādmodū nāqȝ ſe hȝ intelligētia reſpectu veri ꝓmi ⁊ certi. Ita ſinderiſis reſpectu boni finalis/ſine mixtiōe malicie ſimpliciṫ p̄ſentati. ¶ Qm̄ ſimplex itelligentia ſicut nō pōt diſſentire talibꝰ veritatibus agnitiōe habita q̄d termini ſignificent. Ita non pōt ſinderiſis nolle poſitiue ꝓncipia prima moraliū dū ſibi ꝑ intelligētiā oñſa ſunt. Utꝝ vō poſſit ea nō velle hꝰ eſt in ſuſpēſo ſe tenere cōis opinio affirmatiuā tenet ptē. ¶ Iuxta hꝰ tripliciṫ vti poſſumus noīe ſinderiſis. Aut ꝓut eſt inclinatio talis de cuiꝰ q̄dditate ꝓbabilitas ē. vtꝙ talis q̄lē de q̄dditate ſimplicis intelligētie poſuimus. Aut ſinderiſis dicet actū huius virtutis cōſequentē ex appꝑhēſiōe hꝰ intelligētie. Aut tertio dicit habitū ex actibꝰ frequētatis ingenitū. ¶ Nō ſecus de intelligentia diſtinctio ſe offert ꝓ virtute vł ꝓ actu eiꝰ vel ꝓ hitu ex actibꝰ derelicto. Sinderiſim aūt alijs noībus appellamꝰ/vł habitū practicū ꝓncipioꝝ/vel ſcintillā intelligentie rōne cuiuſdā ſue euolatōnis ⁊ ardoris ad bonū vel portionē virginalem anie vł ſtimulū naturalē ad bonū/vł apicē mētis/vel inſtictū indelibilē/aut aliq̄ tali noīe vtꝙ eſt celū ſupremū in affectiuis potētijs Et ita ꝓportionabiliṫ ad ea q̄ de potentia cognitiua dicta meminiſtis.

Cōſideratio. 14.

Uariat nomen appetitus ⁊ ſm hāc accepit virtutē appetitꝰ rōnalis.

a Ppetitus rōnal' eſt vis aīe affectiua apta moueri imediate ab appꝑhenſiōe cognoſcitiua rōnis. Hic appetitus ſi ſit reſpectu poſſibiliū et ipoſſibiliū noīat̄ qñqȝ voluntas. Si cōſideret̄ reſpectu actꝰ a ſe eliciti: đr libertas. Si ſit reſpectu obiectoꝝ non finaliū et poſſibiliuȝ/đr electio vel appetitꝰ electiuus. Et reſpectu actuū imꝑatorū/đr appetitus dominatiuꝰ vel executiuus. Si ſit voluntas exequēdi ea q̄ iā electa ſunt đr ꝓpoſitū. Et inclinatio ad hec exequēda đr ꝯſcia. Niſi dicamꝰ ꝙ ꝯſcia duo importat ſimul iudiciū et affectionē comitē. Si vō cōſideremus paſſiōes motiuas hꝰ appetitꝰ rōnalis ſic đr generali noīe appetitꝰ rōnal' affectiuꝰ vel affectio rōnal'. Si aūt ſit reſpectu boni vł mali vt ſic appꝑhenſi ꝑ rōnē/ipſe appetitꝰ đr ꝯcupiſcibil'. Si vō illud bonū vel malū p̄ſentet̄ vt arduū/iraſcibil' appellat̄. Quāuis ſm philoſophum ⁊ ſequaces he due vires ⁊ cōcupiſcibilis et iraſcibilis in ſola ſenſualitate ꝓprie radicent̄. Sȝ Augꝰ. ⁊ theologoꝝ aliter vſus habet.

Conſideratio. 16.

Ponit appetitum animalē nō ſolū homini ſed et beſtiis conuenire.

a Ppetitus aīalis vel ſenſualis eſt vis anime affectiua apta moueri immediate ſolū ab appꝑhenſione ſenſitiua. Addita eſt dictio hec excluſiua ſolū ne nos vrgeat ꝯtrouerſia vtrinqȝ ꝓbabilis/videlȝ An appetitus rōnalis poſſit immediate ex cognitione ſenſitiua ſolū moueri/ſicut pōt ex deliberatiōe rationis. Hūc quoqȝ appetitū in iraſcibilē et concupiſcibilē ſecernimus ꝑ eas q̄ mox dicte ſūt obiectales rōnes. ¶ Preter hunc appetitū quidaȝ poſuiſſe vident̄ ſenſum nature ad bonū vel malum/ſaluantes ex hoc multos affectus mirabiles in animātibus reſpectu talis vł fuge vel ꝓſecutionis qualiſmodi n̄ pōt reddi cauſa ex apprehēſione cognitōis ſenſualis/vt ꝙ p̄ſente hoſte ⁊ nō viſo horreſcunt pili cū tremore quodā quod econtra fit amico preſente. ꝙ formica ꝓuidēs future hyemi ingētē famis ꝯponit aceruū. ⁊ ita đ pluribꝰ alijs numero. ¶ Quid vō mirā-

min

dū si corpa aliū ducant̄ secretis instinctibꝰ vel pulsibus ad suos fines qñ in corpibus alijs minus pfectis minusq̄ȝ organisatꝭ/tot mirabiles ad suos fines cōsequēdos naturales tractus inuenimꝰ. imo plurimi sunt rerum variaꝝ ad inuicē tales tractus/ q̄ruȝ finē ignoramꝰ/ vt est tractꝰ ferri ad magnetem. ⁊ maris ad lunā/ ⁊ alioꝝ ad alia. Hūc aūt sensum nature iaȝ in oī re posuimꝰ qui alio vocabulo lex nature/ vꝉ inclinatio nāliS/ vꝉ directio intelligētie nō errātis/ pt noīari. Et nihil ab hac positōe dissentimus.

Tertia ps principalis ē d luminositate dictaꝝ potētiaꝝ a. xvij ꝯsideratione vsq̄ȝ ad. xxj. Ordine vo. xvij.

Cōsideratio. 17.

Ex iste potentie tres cognitiue/ et tres affectiue/ lumina q̄dā sūt que p cōsiderationē lucis corpee facilꝰ cognoscūt. Itaq̄ȝ sol iste naturalis sicut in efficatia virtutis pstantior est ceteris corpibus. ita silitudinē maiorem hȝ cū spiritualibꝰ/ et ad eoꝝ cognitōeȝ cōgruentiori manuductōe deducit. sic̄ di. he. Dioni. vi. de celꝰ. hierach. ¶ Est aūt sol illustratiuus alioꝝ coꝝ. insup que alterabilia sunt calefactiuꝰ/ quoꝝ duoꝝ ꝓportionalia gerit in se natura quelibȝ rōnalꝰ. qm̄ lucet p cognitionē/ ⁊ calescat p amorē. Ois pterea effectꝰ/ pserti imanēs ꝓductꝰ a tali natura rōnali/ dici meret̄ lumē aliqđ aut ratione claritatis ī cognitiua. aut caliditatis ī affectiā aut silꝰ vtriusq̄ȝ. Nō eīn forte ꝯtingit repire cognitōȝ q̄ nō sit formalꝛ aut virtualit̄ q̄dā affectio. Sic̄ affectio ñ vidꝛ posse secerni qn sit q̄dā expimētalꝰ cognitio. qppe neutra effectū suū causat sine altera/ qm̄ ad cognitiōis causatōeȝ potētia affectiā/ sicut ad affectionē generādā cognitiua ꝯcurrit. Effectꝰ āt sp sue cause q̄dā silitudo ē et imago. Sic pterea videmꝰ lucē nō esse sine calore salrē vtuali. Caliditas q̄ȝ lucis pductiua repit̄. ¶ Rursus queādmodū lux et calor mutuo se fortificāt/ qđ ī ꝓductiōe ignis facile ē aduertere vbi calor flāmā/ ⁊ flama calorē ingenerat. Nō alit̄ existimādū est vtutibꝰ istis cognitis ⁊ affectis/ qn ex mutuo ꝯcursu ordinato ad inuicē/ fit opatio/ et tanto maior atq̄ȝ pfectior/ quāto vtꝰ q̄libet cū qualibȝ extiterit vnitior. ¶ Deniq̄ȝ lux solis se diffūdit disparit̄ ꝓ varietate mediorū/ alit̄ in densitate/ alit̄ in raritate/ aliter in medio pspicuo ⁊ diaphano ⁊ puro. aliter in obscuro turbido ⁊ spisso atq̄ȝ nubiloso. Quā silꝛ diffusionē variāt ꝓpinq̄tas atȝ distantia. Multiplex q̄ȝ obstaculoꝝ dispositio nō vnā reddit lucis radiantis imaginē sed ꝓ diuersitate incidētiaꝝ radiantiū variatā. Attēdamꝰ interī diuinā lucē quadā ꝓportionabili silitudine solē se cōicare/ nō tn̄ naturali necessitate. ſȝ libalissima ⁊ gratuita charitate. his q̄dē clarius his vo obscurius. Dat eīn se lucidiꝰ intelligētie q̄ rōni/ ⁊ vtriq̄ȝ limpidius q̄ sensui. Exēplū sēsibile ad hoc manuducēdū ē/ si diuersa vitra opposuerimꝰ radijs solaribus ƀm ꝓpinquū ⁊ distans p lineā rectā inter solē ⁊ oculū nostrū. Cōstat inter duo quelibet specꝉa esse spaciū vbi lumē solis alit̄ ⁊ aliter inspici posset. Ita vt posteriꝰ lumē apparet quedam vmbra vel adumbratio/ si ad pcedēs cōparat̄. Hoc in candelis disparit̄ lucentibus nocturno tpe cōtra parietes inspicimꝰ vbi lumen vnius alteri maiori collatū/ vmbra videt̄/ si certis obicibus sua lumina simul confundi vetuerimus. Cōpationes similes de operatōe caloris ƀm passa aliter ⁊ aliter disposita aduertere facile est.

Consideratio. 18.

sex potentiarū oñdit capacitatē. s. multis opinionibus tā theologoꝝ q̄ medicoꝝ et philosophorū sensis sup hanc eloquit̄.

Ex iste potentie nō solum lumina quedā sunt/ sed etiā quia luminosarū illustrationū capaces inueniunt̄/ ipas speculis rōnabiliter cōparamus. ¶ Primū est oñdere q̄liter sex iste potentie capaces sint luminosarū illustrationū. Et hoc quidē agemꝰ modo narratiuo/ psupponentes veritatem ab alijs. ¶ Fuerunt nonnulli qui dicerent deum qui est lux vera/ illustrare animā nr̄am p seipm immediate/ nō solū actiue et efficienter/ sed etiā formaliter aut quasi formaliter. Nā inquiunt si cognitio creata hec potest. cur a cognitione increata istud auferretur. Persertim cū nullā imperfectionē de-

ꝑpendentis ſubiectiōis/vel materialis inhe ſionis ꝓpter hoc in deo ponere compellat. Hec poſitio quia ad vitalē quandā immutationeʒ de genere cauſe formalis magis ꝙ̄ efficientis/ hanc immutandi maneriem refert. Dicūt et conſequenti deū eſſe poſſe aīe rationali cognitionē/ immo ⁊ volitionē/ ⁊ amorē/ et iuſticiā/ nō tn̄ immenſe/ ſed ꝓ capacitate quadam actiua ſeu vitaliter eleuabili eiuſdē anime rōnalis. ¶ Contra hanc imaginatōnē eſt pariſieñ. articul9/ ꝙ̄ ꝙ̄ auicenna ⁊ Algaſel de beatitudine intelligentiarū viſi fuerint huius imaginatiōis doctores fuiſſe. ¶ Nō defuerunt alij ponētes lumina quedā creata alia a ſubſtantia aīe/ veluti quoſdā habitus innatos ſibi/ eſſe inſeꝑabiles ab eadē eſſentia anime/ et quaſi ab eadē effluentia ſeu pullulantia atqꝫ germinantes. Nec miratꝰ quiſpiā ſi hoc aliqui dixerūt cū fuerit antiqua celebris opinio d̄ potētijs aīe ītellectiua ⁊ volitiua talis/ ꝙ ipſe ſint accidentia quedā in eſſentia aīe radicata diſtinctaqꝫ ab ea; Nota eſt inſuꝑ communis opinio/ q̄ in angelis ponit ſpēs omniū cōcreatas ad ſaluandū quomō cognitionem ſuā non accipiunt a rebus nouā atqꝫ mutabilē. Circa hoc verſatꝰ controuerſia inter platonicos ⁊ ꝑipatecos. dicente ariſtotele paripateticoꝝ principe/ ꝙ anima eſt tāꝙ̄ tabula raſa in qua nihil depictuʒ eſt ⁊c̄. Platone ecōtra dicente noſtrū addiſcē nō eſſe niſi quoddā reminiſci. ꝙ̄uis adhuc dictū iſtud a diuerſis varie exponatur. Una expoſitio tacta eſt de ſpeciebus concreatis/ quas platonici in anima noſtra/ ſicut nos in angelis poſuiſſe viſi ſunt. Alijs ecōtra certantibus fruſtra huiuſmodi ſpecies poni cum anima ipſa ſit imago omniū reruʒ qua ſcḋm cōuerſionē ad has vl' illas res actuatur in cognoſcendo abſqꝫ noua cognitionis alterius formatione/ quemadmodum ſpeculū habēs in ſe imagines reꝝ ſi eēt virtus cognoſcitiua/ ipam cognitionē hmōi rerū in ſemet a ſemet accipe/ aut ꝓpinquiori ſimilitudine/ imagines tales ſi ſe cognoſcerent/ et in vnā rem cōcurrerent. illa res per hanc ſui cognitōnē/ eorū omniū quorū ipſa eſt imago cognitionē obtineret ꝙ̄ ꝙ̄ mutatio de nō cognoſcente in cognoſcēs ⁊ ecōtra/ difficulter nō tn̄ omnino improbabiliter/ eſſet ſaluabilis. Huic ſimilit̄ imaginationi/ cōtradicit pariſieñ. articulus.

¶ Dicamus deinde illud in quo omnes fere cōueniunt/ eſſe. ſ. cognitiones et affectiones acquiſitas. tam actuales quā habituales/ illuſtrātes predictas ſex potentias. ꝙ̄uis aliter ⁊ aliter. Nam cognitionuʒ alie ſunt complexe alie incōplexe. quedā in ſola apprehenſione. quedā in aſſenſu conſiſtit. et aſſenſuū nō parua ē diuerſitas. Quidam ſunt euidentes ex cognitione ſola terminorū. alij ꝑ experientiā. alij ꝑ demōſtrationem. Quidā v̄o ſunt ineuidentes et talium. alij certi. alij incerti. Alij cauſantꝰ ex ꝓbabilitate rationū ſumptarū ꝑ intrinſecas apparentias. alij ꝑ extrinſecas vt eſt auctoritas dicētis. ¶ Deniqꝫ magna eſt diuerſitas inter irradiationē ſenſualē ⁊ rōnalem Sed et inter ſenſuales irradiationes tam ab extrinſeco ꝙ̄ ab intrinſeco diſtinctio multiplex inuenitꝰ. Silr̄ in affectiuis actib9 vel habitibus aſſignabilis eſſet varietas ad ꝓdictos cognitiuos actus vel habitus quorū naturā affectiui conſequūtur. ¶ Poſtremo fides noſtra quo ad hoc ponit multos habitus ⁊ qn̄qꝫ actus infūſos gratuitos in vtraqꝫ potentia cognitiua ⁊ affectiua/ quorū p̄ſentiali colluſtratiōe ⁊ virtuali quadā irradiatione ſpūaliter illuminatꝰ aīa nr̄a/ ꝑ iſtos ad hoc. ꝑ illos ad illud. In numero taliū ſunt fides. ſpēs. charitas. tres theologice virtutes/ dona ſeptē ſpūſſcti/ ꝓphetie et reuelatiōes/ et ſi qua ſunt dona talia q̄ diuidit ſpūs vnus ⁊ multiplex dans vnicuiqꝫ ꝓut vult. ¶ Ex his itaqꝫ cōmemoratis d̄ ſuſceptiōe luminoſaꝝ illuſtrationū ꝑ has ſex potētias ꝑſpicuū fit ſicut addebatꝰ ꝙ ipſas ſpeculis rōnabiliter cōparamus.

Conſideratio. 19.

Predictarū ſuſceptiōis purioris luminoſitatē cū aduerſione/ exemplo ſex ſpeculorū ⁊ angeloꝝ cognitionē elucidat.

i

Nter ſex potentias ꝓnominatas ꝙ̄to aliqua fuerit purior ⁊ luminoſior/ tam ex ſe ꝙ̄ ex adiūcta illuminatiōe. tāto fit ad theologiā myſticaʒ aptior. ¶ Hāc aptitudinē in ꝓdictis potētijs ad theologiā myſticā ītelligim9 vl' formalit̄ ī ſe ſuſceptiue ſicut ītelligētia capit eaʒ

mun ʒ

vel ministeiraliť ꝛ quodāmō dispositie/sicut sensus ad eandē ꝑdisponit/ qua cōsideratione hoc modo exposita/nos ipām ex ꝑcedente ꝑ similitudinē in speculis materialibus manifestamus. Sint itaqȝ sex specula sibiinuicē catenata et respicientia se mutuo ordinata ad lumē ꝛ calorē solis suspiciendū/ſm ꝓpinquius ꝛ remotius/nūc a supiori/nūc ab inferiori. Constat ꝙ speculū quodlibȝ quāto erit purius in se ꝛ luminosius ab extrinseco/tāto erit apti⁹ ad operationem suā ꝛ alioꝝ/intm̄ ꝙ ex mutua actione et reactione fiat splendidius quodlibet ex illis nisi aliud obstiterit/imo ex combinatiōe varia poterit effectus aliquis vtputa imago, vel color resultare q̄ absqȝ concursu tali nequaꝙ̄ appareret. Vigilanť diximus nisi aliud obstiterit/qm̄ speculū qđ esset soli ꝓpinquius tanta radiatōe eiusdē solis ꝑfundi possȝ a supiori/ꝙ ipē actiones alioꝝ speculoꝝ ab infimis nō tā ꝓ tūc illuminarent ꝙ̄ obumbrarēt. Idē dicimus ꝺ intelligētia dū a supioribus suā lucē capit/ qꝛ tūc subobscurior aliquādo redderetť ex conuersione eius ad potentias collucētes inferius/ꝙ̄uis in hoc diuersificenť specula materialia ꝛ spiritualia/qm̄ spiritualia duas facies hn̄t ꝑsertim ea que nō vtunť organis corporalibus. Quoꝝ speculoꝝ spūalium tanta pōt esse virtus/talis vigor et consolidatio/ ꝙ pariter ex equo sine detrimēto a supiori potenť et inferiori pte/lumina sua suscipe et tenere suscepta. Hoc manifestuȝ est in angelis et alijs cōfirmatis qui simul eque cognoscūt tpalia ꝛ eterna/quoꝝ tenuem similitudinē et imitatōnē gerūt aliqui ex viatoribus ex speciali gratia/et vehementi habituatione/ vt inferius domino duce monstrabimus.

Cōsideratio. 20.

Ostendit corruptionē illaꝝ sex potentiarū/et causam q̄ potuerunt reformari.

Specula materialia sicut multotiēs deformanť et inficiunť ꝛ corrumpunť in suis actionib⁹ debitis/quādoqȝ ab extrinseco/quādoqȝ ab intrinseco/nō minus incidit deformitas et infectio in speculis spūalib⁹ sex potentiarū quarū tres sunt cognitiue, affectiue pari numero. ¶ Experientia etiā sine similitudine docet nos ꝙ̄ sepe turpia fantasmata/et errores/et fede repsentatiōes obiectales. Cōcupiscētie ꝑterea et passiōes sordide/tetre ꝛ horride/tanꝙ̄ fumi qdā caliginosi/vł infecti et venenosi/aīas nr̄as obnubilant/fedāt atqȝ cōmaculant. Presertī in primaria ꝛ nouella talium apprehēsiōe velut in pueris. Deniqȝ generalis ꝛ inelicibilis sordidatio talis prouenit ab originali macula/que animā nostrā cū omnib⁹ potētijs suis/ad hāc miserabilē traduxit aggrauationē/vt e celestibus ad terrena/et ab intelligibilitate ad brutalitatē demersa ploretur. Homo inquit ꝓpheta cuȝ in honore esset nō intellexit/cōparatus est iumentis insipientibus/et similis factus est illis. Et insignis poeta. Terreniqȝ hebetant artus moribundaqȝ membra. Nihilominus ab istis emergere et sursuȝ eniti hoc virtus hoc labor est/vt cuȝ apostolo nostra cōuersatio sit in celis/cōtra exclamationē satirici dicētis: O curue in terris anime et celestiū manes. In hoc ꝑcipue versať ipa cui⁹ naturā inquirimus theologia mystica quā ꝑ penitentiā/et crudelitatē euāgelij adipisci ꝛ nō aliter fas habemus/sicut restat ostendēdū.

Quarta ps principalis

agit de cōtēplatione meditatōne ꝛ cogitatione/vsqȝ ad. xxxj. cōsiderationē. Ordine vo. xxj. ꝯsideratio describit actiōes potentiarū sub generali diuisione.

Vt noticia clarior theologie mystice possit haberi/ꝓdest inquirere quidditatē contēplationis. Siqdem appropriate loquendo sicut cōtemplatio est in vi intelligentie cognitiua. Ita in vi synderisis affectiua reponiť mystica theologia/ ꝓut infra dn̄o illuminante docē conabimur ¶ Supest igiť recto ordine vt postꝙ̄ describē studuim⁹ vires cognoscitiuas in hoīe/ꝛ distinximus in genere tres virtutes cognoscitiuas scȝ imaginationē/rōnem/ et intelligentiaȝ Et tres affectiuas ꝓportionales que sunt appetitus sensitiuus, appetitus volitiuus seu voluntas, et appetitus quidā superior qui synderisis nominari potest eo ꝙ sequiť apprehensionem. Nunc ad sermonem de

actibus eoꝝ q̃tū ad rem que tractatur elu-
cidandū attinet veniamus. Et qꝛ notōres
sunt actus intellectiue q̃ affectiue potentie
magis em̄ sub doctrina tradēdi sunt/nō pi-
geat primitus illos describere nominatim
¶ Sūt aūt tres t̄mini generales quib⁹ ma-
xime vsos fuisse video eos qui de cōtēpla-
tione p moduz artis locuti sunt/cogitatio/
meditatio/contemplatio. Et hi termini q̃
q̃ aliqn̄ pmiscue sumant̄ ab aliquib⁹ sicut
eandem rē p ipsos significare contingit. ni-
hilominus distinctas habent significatio-
nis rōnes/quas p facile et difficile/ p vtile
vel inutile sentiunt aliqui. Vñ cogitatiōz
sic esse descriptā reperio a venerabili Rich.
in suo de cōtemplatiōe/qui hanc materiaz
elucidauit vsq3 ad fundamentū/magistrū
suū hugonē insecutus. Cogitatio est īpro-
uidus anime obtutus/ circa sensibilia/ ad
euagationem pnus. ¶ Meditatio est p-
uidus anime obtutus/ in veritatis cogni-
tione seu inquisitione vehementer occu-
patus. ¶ Contemplatio est pspicax ꝛ liber
id est expeditus animi ꝯtuitus/in tres spi-
ritales pspiciendas/vsq3quaq3 diffusus/ ꝛ ī
diuina specula suspensus ¶ Cogitatio igi-
tur vagat̄ ꝛ serpit sine labore ꝛ fructu Me-
ditatio nitit̄ et intendit cū labore et fructu
Cōtemplatio circūuoluat et circufertur si-
ne labore et cū fructu. ¶ In cogitatione ē
euagatio. In meditatione inq̄sitio. In cō-
templatione admiratio. ¶ Varij deinde
contēplationē ramificant in varias species
et varie/de quibus nō est statim dicenduz
p singula ¶ Sed maxime requirendū esse
arbitror. vñ facilitas tā in cogitatōne q̃ in
ꝯtemplatiōe oriat̄ ꝛ in meditatiōe difficul-
tas. Hoc em̄ me p expssum legisse nō me-
mini. q̃uis sit cōsideratione dignissimum

Consideratio.22. Post rones; vñ surgit cogitationis facilitas.

Cogitatio facilis est qꝛ forma-
tur immediate vel ex sensationi-
bus actualibus/vel ex fantasma-
tibus passim occurrentibus ꝛ vl-
tra nō nitit̄. Quemadmodū nanq3 sensus
nostros cū omni facilitate circumducimus
mō huc/modo illuc/obiectis sufficient̄ pre-
sentatis. Et similiter nulla est difficultas ī
occursu fantasmatū qualicunq3/ nam eua-
gant̄ p̄sentātur q3/nobis etiaz inuitis. Cō-
festim apparet ratio cur cogitatio que fm̄
talia format̄ et hec insequit̄/ nullā patitur
difficultatē. Videmus hoc in pueris vide-
mus hoc in hominibus ociosis/ q̄ in tali-
bus querunt oblectationez. qꝛ nullū affert
in cōsiderando laborē. Sed d̄ his v̄e enū-
ciauit sermo ꝓpheticus. Nouit dn̄s cogita-
tiones hoim q̄m vane sunt. vane sunt ita-
q3/qꝛ sunt fine carentes somnioq3 similes.
Non em̄ ad aliquem finē vtilem ordinat̄
immo frequēter cū homo in taliqus se ob-
lectauerit tristis manet.

Cōsideratio.23. meditatōnis difficltatē et laborē exponit/exemplū tā philosophicis q̃ poeticis de orpheo virgilio ꝛ herculle.

Meditatio difficltatē sor-
titur ex eo q̄ vltra sensatiōes ac-
tuales/vl' fantasmata passim oc-
currentia/ipā nitit̄ vltra p tinge-
re vel in aliquo fixa stare. Experit̄ in se cre-
bro quilibet studiosus difficultatē que est
insistendo ad aliquid attente considerādū
cogitationez/sine diuerticulis ad alia. Est
hoc dū fit/cogitatio iā trāsiti meditatōz/n̄
vt cogitatō desinat eē/sz vt desinat esse cogi-
tatio. ¶ Quis itaq3 nesciat fortissimos esse
motus actuales sensuū/nunc hos nunc il-
los/esse similiter cōtinuuz fluxū fantasma-
tū nullus ignorat. ꝓpterea sensualē motuz
vnire/aut fluitantia fantasmata cobibē vl'
sistere/vel supgredi/ad aliquā certā cogita-
tionem suā sub determinatis limitib' clau-
dere operosum est valde/nō habituatis et
insolitis/neq3 fieri pōt absq3 illo qui clau-
dit certis limitibus mare/ ꝛ ponit terminū
fluctibus eius. ¶ At v̄o difficultas hec au-
getur ꝛ fit labor insuspicabilis dū animus
denudare nitit̄ cogitatōnē ab inuolutōne
accidentium/hoc est circūstantijs loci ꝛ tē-
poris/et alioꝝ que p̄sentat sensus vt absolu-
te et nude quidditates reꝝ appareant/qua-
si nō cōuolute tempori et loco. ¶ Dat exē-
plum diuinus Aug⁹. de ꝯsideratione veri-
tatis et bonitatis quas duz in sua puritate
meditari satagim⁹/ confestim occurrit hec
vel illa bonitas. Et hec vel illa veritas in
particulari/et fit cogitatio nostra cum tpe

Et loco/ vt dicit notant phs.j.metaphice A
¶ Pertinere ad hoc estimo poeticas il=
las fictiones z imaginationes/ vnam d oz
pheo cytharizante et euridice quā ad infe
ros dilapsam euehere nitit ad superos. z al
terā apud virgiliū de enea transeūte ad cā=
pos elizeos. et ibidē intelligente que futu=
ra erant post enatationē maris et obdormi
tionem cerberi. Nō em̄ tales viri quos p=
theologis habuit antiquitas ociose fabu=
lant. Orpheus est vir sapie deditus qui p
aurate vel eburnee cithare modulos/ hoc ē
p debitā et armonicā moꝝ cōpositionez/ si
stere facit flumina defluentiū desideriorū
cōponit quoqꝫ et mansuescere facit ferinos
et brutales affectus. Deniqꝫ cōpellit siluas
rigidas prauaꝝ inclinationū tā innataruz
ꝙ acquisitarū ad suū voluntatis arbitriuz
sequi/ hic orpheus euridicē hꝫ sponsaz/ illā
de qua gloriabat sapiens/ quesiffe sibi spon
sam sapiam assumere/ vl' accōmodati⁹ euri
dicē accipiamus vim intellectualē datam
hoī ad considerationē supnoꝝ. Hec vis dū
p prata florentia placibiliū obiectoꝝ vaga
tur. mordet a serpente voluptatis latentis
sub herba formositatis. sicut dicit Aristo.
ꝙ voluptas furata est intellectū spisse sapiē
tie/ hoc vulnus inflictuz trahit euridicem
ad inferos/ qz hec sola iā infima cogitat. in
his solis ꝯuersat/ nō potens dicere cū aplo
Nostra cōuersatio in celis est. Vulnerata
igit deductaqꝫ euridice. i. vi itellectuali ad
inferos/ p mediū serpentis/ sicut ad lrām tē
ptatio serpentis primos illos parētes sapi=
entissimos demersit i baratꝝ oīs illius mi=
serie qualē apud iferos sub metaphora cō
gruis exemplis poete figurarūt. Orpheus
vir sapiens deplorat amissam cōiugē/ quā
ad supnas auras conat rurs⁹ educere. quo
canēte et lugēte/ silent furie infernales pas
sionū carnaliū. cerberi latratus nō audit/
qz res cū tpis lapsu nō cōcipiunt. Anim⁹
preterea qui pressus ante erat/ lapide mola
ri terrene curiositatis/ sicut sizipus vel qui
agitabat rota volubili mundane occupati
onis sicut hyxion. vel qui lacerabat a vul=
turibus mordacis voluptatis sicut ticius.
vel qui esuriebat inter aquas et poma sicut
auarus tantalus/ nunc intrepide in requi=
em sui cōuertit cū illo qui dicebat. Conuer
tere aīa mea in requiē tuā. qz dn̄s bn̄fecit
tibi. Inter hec lamenta z efficatia carmina
iubet euridices orpheo rddi/ ea tn̄ lege ne
rursus cōuertat ituitū. Sꝫ heu noctis ꝓpe
terminos orpheus eridicē suā vidit. perdi
dit. occidit. ¶ Vos hec fabula rspicit/ qcū
qꝫ in supum diē/ mente ducere queritis. nā
qui tartareū in specus victus. lumina flex=
erit/ quicquid precipuū trahit/ pdit dūz vi
dit inferos. Hec Boetius. Ad hanc sentē
tiam facile traduci possunt fictiones alie d
enea virgiliano/ et hercule. et perseo descen
dentibus ad inferos et iteꝝ emergentibus.
Sed hec interim sufficiāt p spoliatōe egy=
ptioꝝ/ z xp̄anoꝝ ditatione.

Consideratio. 24. B

Quō crescit z causat ꝯtemplatio ostendit
p plures similitudines exemplares. et vbi
ꝓprie reponitur.

C Ontemplatio facilitatē habꝫ tū
ex habitibus p meditationē acq
sitā. Tū ꝓpter abstractionē z se=
parationē intelligentie a sensibi=
libus. Tū sepius ꝓpter diuine gratie collu
strationē in diuina spectacula subleuantē.
Meditatio nimiꝝ si debite fiat transit i cō
tēplationē/ sicut cogitatio in meditationez
Facta em̄ sedula inquisitione veritatis de
nudatis insup pvehemēs studiū reꝝ qddi
tatibus ab accidētalibus circūstantijs/ ge=
nerat habitus ex frequentatiōe. depuratur
lumen intelligentie. fitqꝫ lucidius ꝙto est
tenebrositati sensualis cogitatōnis impmi
xtius. ¶ Pro cuius manuductiōe palpa=
bili imaginemur cōformiter ad diuinum
Aug. i suo de trini. ꝙ sit aliquis supra mō
tem excelsum valde. Ad cui⁹ cacumen ne=
qꝫ venti neqꝫ nubes attingāt/ sicut d olipo
narrat Aristo. Subtus vo ꝙto sit descen=
sus pcliuior ad ifima/ tanto ē illic tenebro
sitas inqetior/ p cōmixtionē/ z quādam in
corpationem radioꝝ solariū/ cū ceteris im=
pressionibus/ vt sunt venti. pluuie. niues.
grandines. fulgura. z sitia. ¶ Constat hoc
exemplo ꝙ homo limpidius liberius z ex=
peditius circūfert oculos suos ad serenuz
lumen solis z celi/ dū sublimis euectus est
et in quadā regione pura z tranquilla col=
locatus. ¶ Cui⁹ oppositū euenit dū in ife=

riora dilabit̃. Ad hoc exemplũ r̃spicit illd̕
ps̃. Quis ascẽdit in montẽ dñi/aut q̇s sta=
bit in loco sancto eius? Ductio quoqȝ illa
discipulorꝝ in montẽ excelsum valde/dum
transfiguratus est iesus ante illos/apta ẽ sa
tis figura/sicut ⁊ ascensus moysi in montẽ
synai/dũ e medio vocatus est. ¶ Cõuerta
mus nũc ex hac re sensibili cõsiderationeȝ
nostrã ad tres vires anime p̃scriptas q̃ sũt
intelligentia/ratio sensualitas seu imagina
tio. Et compemus sensualitatẽ ĩfimo mõ
tis. rationẽ medio. supremo intelligẽtiaȝ
inueniemus ꝙ si anima stare possit in arce
intelligentie sine delapsu in inferiora/ipsa
poterit libero ĩtuitu circũquaqȝ semet dif=
fundere/nũc ante/nũc retro/nũc dextrorsuȝ
nunc sinistrorsum. Et hic est oculus contẽ
plationis q̇ in Adã ante lapsum viuacissi
mus purissimus et expeditissimus fuerat.
Nũc ve nobis. Totus fere extinctus est/si
cut oculus rõnis obtenebratus ⁊ ocul⁹ sen
sualitatis fere corruptus. ¶ Attendamus
rursus in hac similitudine/quẽadmoduȝ ho
mo stans in supcilio montis/tales videt li
bere cũ volet. nõ solũ ea que iuxta se sũt/sȝ
etiã ea que subtus se agunt̃. Et multo libe
rius multoqȝ clarius/q̃ habitantes inferi⁹
immo purꝰ ab impuro/clarꝰ a tenebroso se
cernet/qd̕ apud inferiores vel nunq̃ vel ra
ro fit. Nõ aliter aĩa que in arcem intelligẽ=
tie puehi meruerit et illic fixa steterit/spec=
tabit veluti desursũ/ea oĩa que in rõne ⁊ sẽ
sualitate agũt̃. Judicabit insup ĩ luce sua
et p lucẽ suã/d̕ omnibus qm̃ regulis abstra
ctis et eternis innitit̃ s̃m quas habẽt regu=
lari cetera omnia ¶ Exempla ad hoc sum
mi possent in oĩ arte habente regulas suas
s̃m quas iudicant periti in arte hac vel il=
la/de singularibus spectantibus ad artem
suam. quod vtiqȝ nequeũt impiti. Ille p̃=
terea qui principiorꝝ noticiam clarã et pfe=
ctam haberet/videret in eis ⁊ p ea cõclusio
nes ab eis deducibiles/clarius q̃ ipe ꝯclu=
siones in se videant̃ ab eis qui nõ p princi
pia cõclusiones earũdem acceperũt. ¶ Ex
his patefactũ habemus quo pacto contem
plationis oculus facilis est ⁊ expeditus dũ
habet̃/q̃q̃ acq̇sitio sit difficillima. ¶ Pa=
tet insup in qua vi anime reponit̃. qr in vi
supiori cognitiua aĩe que intelligentia no

minatur. Iste em̃ oculus nõ solũ intelligi=
bilia et abstracta sed etiã ea que in ratione
et sensu fiunt/aspicit. q̃uis alio mõ q̃ ratõ
et aliter q̃ sensus vel imaginatio. ¶ Existi
mo sic intelligere eos q̇ dicũt duas esse spe=
cies contemplationis et imaginatiõis. du
as in ratione et duas in luce intelligentie.
Hoc quippe d̕r nõ quin oĩs cõtẽplatio fi=
at in luce ⁊ p lucẽ intelligentie. sed qr pob
iectorꝝ varietate/hmõi spẽs cõtemplationis
variari noscunt̃ hec ponuntur.

Cõsideratio. 24.

Ponit quid sit ppꝛie cõtemplari et quõ cir
ca eam erratur.

Abstractio qualẽ cõtemplatio re
quirit compleri nequit per ima=
ginationem neqȝ p solã racioneȝ
que virt⁹ est supior. Itaqȝ sicut
ratio virtus est supior et abstractior q̃ sen=
sualitas vel imaginatio/ qm̃ põt abstrahe
re quidditates rerꝝ a confusione accidenti=
um/et formare conceptus specificos ⁊ gene
rales absolutos/qd̕ nõ potest imaginatio.
Sic vis illa que ponit̃ supior ad rationeȝ ⁊
nominat̃ intelligentia adhuc abstractior ẽ
q̃ ratio/que in actibus rationis abstractis
a fantasmatibus transit ad cognitõnẽ eter
norum ⁊ incorporeorꝝ/que nullã habẽt fan
tasmatũ illusionem. et hoc dũ irradiatõeȝ
suscipit ab inferiori. qr dum supiori et diui
na luce suffundit̃ nõ oportet. ¶ Ex hoc p=
spicuũ est ꝙ contemplatio inepte querit̃
p solam imaginationẽ. et impfecte per solã
rõnem/q̃uis vtraqȝ virtus adiuuat/si limi
tibus suis contenta est. Quos si quis volu
erit suggredi/reddit̃ homo vel fantasticus
vel insanus in imaginatiõe. vel erronee iu=
dicans ĩ ratione. sicut apud nonnullos vi=
sum est qui dum insequi credunt eleuatis=
simos viros et abstractissimos in suis mo=
dis cognoscendi/ negligunt autem tenere
modũ eorũdẽ in abstracte viuẽdo. ⁊ vtilia
studẽdo ⁊ ꝯuertendo se ad se ⁊ supra se. ni=
hil aliud refert̃ nisi fantasias ⁊ errores/q̃tũ
libet ipi eleuatorꝝ doctorꝝ v̇ba tenere vide=
tur. Fit em̃ apud talẽ q̃rdibȝ illd̕ v̇gilianũ
d̕ insania vate dat (inq̇t) sine mẽte sonum
Et hoc est ꝙ reddit m̃ltos ex eis qui dicũt̃
formalizãtes in fabulã ⁊ risũ imo ĩ insaniã.

qꝛ p solā imaginationē ꝛ rōnem querunt illud qđ p intelligentie depurationem erat inueniendū. Quō aūt intelligētie depuratio ꝛ qliť fiat/ posteriꝰ ꝙ̄tum dn̄s ɔcesserit aperitur.

Quinta ps principa/

lis agit de tribꝰ oculis aīe ꝛ tribꝰ affectōnibus correspondentibꝰ in.xxvj. ꝛ.xxvij.cōsideratione. Ordīe vo.xxvj.cōsideratō ponēs tres cognoscēdi modos ꝭm tria genera hoīm ad hos dispositos

Tres cognoscendi modi sunt qꝝ vnꝰ animalis đ ꝛ vtens maxime ocło carnis. Aliꝰ rōnaľ vtēs plꝰ oculo rōnis. Tertius spiritualis vtens oculo cōtemplatiōis/sicut distinxerunt diuini hoīes tres oculos ꝛ tres viuendi modos. De his Augꝰ.in lib.de vera religione Bern̄.ad fratres đ mōte dei.carthusien̄. Et Hugo in suo de sacris ꝛ sup ecclesiasten. Videmꝰ itaqꝫ quosdā ex hoībus viuere nō eleuatius ꝙ̄ bruta. Solis em̄ sensibus vtunť aut eos solos insequūtur. Alij magis insequūtur rōnem intelligentes abstractas regulas artiū ꝛ scientiaꝝ. Tertij vltra hec oīa eleuant se supra rōnē in quādā regionē eternitatis/et ꝑspicabilitatis ꝛ sup oem fluitationē et cōfusionē infinitā desiderioꝝ ꝛ cogitationū.in aurā quandā libtatis serenā assurgūt ꝛ euolāt/et iā non minus videť differre eoꝝ vita a ceteris hoībꝰ ꝙ̄ distant hoies a pecoribꝰ. Sꝫ qs est h deꝰ optime ꝛ laudabimꝰ eū? Ille solus ē quē tu eduxeris đ tenebris ꝛ vmbra mortꝭ ꝛ vincula eiꝰ passionū diruperis noxiarum.

Cōsideratio. 27.

Ponit illa q̄ videnť specie eē mentales affectiōes sꝫ nō sť. ꝛ iō inť eas ponit differētias

Tribus ꝑnoīatis cognoscēdi modis que sunt cogitatō/meditatō cōtemplatio.tres affectiōis maneries correspondēt que sunt cupido vel libido seu ɔcupiā/ scđo deuotio ľ cōtritio seu cōpunctio aut oratio/tertio dilectio nō quecunqꝫ sed extatica et anagogica.i.sursum ducens/ꝛ rapiens in diuiā. Si de re cōstiterit peto vt nō magnope calumnia fiat de nominibus.nō em̄ accepi ab aliis talē circa affectus distinctionē nominuꝫ quemadmodū de cognitionibus reperio. ¶ Sꝫ tn̄ interim dicamus ꝙ sicut cogitatio est improuidus animi obtutus ad euagationē ꝓnus. Ita ꝑn̄r ad talē cogitationem si sit de obiecto delectabili seqtur affectio improuida et vaga sine vtilitate et fructu.et hoc mihi satis congrue videť appellari libido seu cupido vľ ɔcupiā. ¶ Porro ad meditationē que est ꝓuidus anime obtutus in veritatis inquisitione et celestium rerū inuentiōe vehementē occupatus/consequitur quedā affectio alia a ꝑori ad res taliter quesitas ꝛ inuentas si nō sit indispositio anime. Et hec affectio ē ꝓuida et nō vaga cū difficultate et fructu. Et hec interim voceť deuotio vel cōpunctio aut oratio.i. affectus pius et humilis vehementē et fortiter tendens et nitens in amorē prime veritatis ꝛ bonitatis. ¶ Deniqꝫ cōtemplatio q̄ est libera et expedita cōsideratio eoꝝ q̄ meditatio cū ingenti difficultate ꝑquirit/habet suā affectōnē in anima disposita/suamqꝫ dilectionem siľr liberā purā expeditaꝫ et abstractā. Et hac rōne vocari ꝑt extatica dilectio/vel iubilatio/que vltra deuotionem addit facilitatē et iocunditatē inestimabilem et inexpressibilē/ et exuperantē omneꝫ sensū. Et hec est sapiā dei ī mysterio abscōdita. ¶ Hec est mystica theologia quā q̄rimus que ad anagogicas ꝛ supmētales excessus deducit/quaꝫ aliqn̄ noīe charitatis/ aliqn̄ charitatiui amoris lego noīe appellatam. Propterea nō falliť qui dicat cōtēplationē sine dilectione nomē ɔtemplationis nō mereri. Sed nos vnuꝫ ab altero secernimus/vt ꝑciosior habeať inquisitio veritatis/et cognoscamus qm̄ appropriate loq̄ndo sicut cōtemplatio est in vi cognitiua intelligentie/sic in vi affectiua correspondēter reponiť mystica theologiā.

Sexta ps pricipalis

agit de acquisitione mystice theologie et đ eius decem differentijs ad theologiā speculatiuā a.xxviij.vsqꝫ ad.xxxv.cōsideratōꝫ Ordine vo consideratio.xxviij. Ostendit modum perueniēdi ad mysticā theologiam eamqꝫ pluribus diffinit diffinitionibꝰ.

Cognitio dei p theologiā mysticā melius acqrit̄ p penitētē affectū q̄ p inuestigantē intellectum. Ipsa q̄z ceteris parib⁹ eligibilior est et pfectior q̄ theologia symbolica vel ppria/de q̄ est cōtēplatio. Sicut dilectio pfectior est cognitiōe, et voluntas intellectu. & charitas fide Hec scda ps p nūc supponit̄ q̄uis nō sim nescius de pbabilitate positōnis opposite apud multos & magnos. Sz p prima pte cui correspōdet deductio ad quesitū/null⁹ ambigit/ qn depuratio seu purgatio potētie affectiue fiat per feruorem penitentie in cōpunctione cōtritione & orōne q̄ rugire facit a gemitu cordis Et q̄uis dicat ppha. In meditatōne mea exardescet ignis. s. dilectōis, meditatio hec nō p veritatis inq̄sitione attenta/sicut descripsimus sed magis p cōpunctiōe sequēte/sumpta est. Hui⁹ aūt cōpunctiōis difficultas/magna est valde apud non exercitatos. & eos qui corruptos adhuc hn̄t sensus ab adolescentia. ¶ Queēadmodū enim ligna virida aqueo plena humore vix recipiunt calorē ignis/vt i silitudinē ei⁹ accēdātur: sz p̄cedūt exufflationes multiplices. p̄uia est etiā depulsio hūiditatis talis ac euaporatio. sic existimare ꝯuenit de eo q̄ calorem spiritussancti in se recipe dz/ & b̄m euz transitur⁹ est in amorē purū & piū/si nōdū desiccatus sit a sordidis affectionib⁹, & hoc fit iniciatiue p pniam. Vn̄ Greg⁹. in omel' de ceco. p pnie lamenta/mētis fantasmata depellūt̄. ¶ Ad cui⁹ ampliorē elucidatōez attēdedū est q̄ theologiā mysticā sic possum⁹ describē. Theologia mystica ē extensio ani i deū p amoris desideriū Alit̄ sic. Theologia mystica ē motio anagogica/ h° ē sursum ductiua i deū/p amorē feruidū & puꝝ Alit̄ sic. Theologia mystica est expimētal' cognitio hita de deo p' amoris vnitiui complexū. Alit̄ sic. Theologia mystica ē sapia. id ē sapida noticia hita de deo. dū ei supremus apex affectiue potētie rōnalis/ p amorem cōiungit̄ & vnit̄. Vel sic p Dioni. vij. de diui. noībus. Theologia mystica est irrationalis/ & amens & stulta sapia/excedens laudātes. Has āt descptiōes apti⁹ itelligemus si multiplicē theologie speculatiue differētiā & mystice deinceps voluerim⁹ itueri

Consideratio. 29.

Ponit driam inter theologiā mysticam et speculatiuam. Et in quibus cōueniūt mltis declarat exemplis.

Theologia mystica et theologia speculatiua si b̄m rōnes pprias ꝯsiderant̄ driam ex multis nō sine ꝯueniētia multiplici sortiunt̄ ¶ Prima et principalis dria sumit̄ ex subiecto vel potentia qm̄ lz vtraq̄z sit in aīa rationali. Nihilominus distinguendo potētias anime b̄m rōnes suas vt supra dictum est: speculatiua theologia est in potētia itellectiua/cuius obiectū est veꝝ. Mysticā vero reponimus in potentia affectiua cui pro obiecto bonū assignamus. ¶ Ex hac aliaz driam inuenimus b̄m rationes obiectales/ qm̄ obiectū speculatiue theologie est verū et mystice bonū. ¶ Conueniūt tn̄ in h° mistica theologia et speculatiua quā alio nomine contemplationē dicim⁹/qm̄ vtraq̄z ē in supiori portione anime & nō in solo sensu vel imaginatione nec in ratione sola. Hec aūt portio anime vt supra dictuz est varijs nominib⁹ appellat̄. Et hz duas virtutes vel duos oculos seu duo officia/ q̄a & ipa est intelligētia vera et affectiua seu amatiua boni. Diximus aūt in supioribus q̄ sicut voluntas ratiōi et appetitus sensualis imaginationi p̄fert̄ Sic suo modo est ꝺ affectiua correspondente intelligentie pure/ ppterea dū ista vis supior exit in affectum suū ipa dicit̄ quodāmō leuare se supra se & quodāmō supferri. Inde fit vt actus talis noīet̄ supmentalis excessus/ vel supra spm̄ & b̄m eū q̄s ꝺr q̄nq̄z sup seipz q̄nq̄z ex̄ seipz ¶ Hu⁹ rei aliqꝺ exēplū accipe possumus ex ꝯsideratiōe eoꝝ que sepe i ipa sensuali virtute fiunt. In qua videmus tā in nobis q̄ in brutis q̄ q̄nq̄z ipa sensualitas in suis actibus cognitiuis pmanet/sine affectu illoꝝ que vel audit vel intuet̄. Sepe tn̄ p auditū vel aspectū quorundā obiectoꝝ ipa tanto cōplet̄ affectu/vt iā quasi saliat extra se & tota gestiat/velut si equus potit̄ campo liber apto. Hoc mō sensualitas aliqn̄ quasi se n̄ capiens et se deserens/tota nitit̄ in rem desideratam se effundere/se transferre/se vnire/imo illā penitus q̄si itrorsus penetrare.

Quid de taliũ oculis nõne scintillant? nũ
quid nõ emicant? Nõne ꝗtũ dat ipis tre-
mulo se fulgore diffundunt? Transferamꝰ
hoc exemplũ ad vim intelligentie supiorẽ
cõsiderando qualitatẽ eius dũ sine affectu
in sola cognitione iacet. Et dũ transit in af
fectũ taliũ qualia contemplatᷣ. Adducamꝰ
ꝓ manuductione huiꝰ/ ea quibus mystice
theologizantes vtuntᷣ exempla. ¶ Primũ
quidẽ de aqua in vase que dũ apponitᷣ igni
calescit primo se cõtinens in vase. Sꝫ duꝫ
feruescit et bulit/ videtᷣ quodãmodo seip-
sam nõ capere/ sꝫ excedere/ atqꝫ supferri vir
tute caloris Sic mẽs nõdũ amore calescẽs
intra seipam cõtinet se. Sed spiritu feruo-
ris amore cõcepto. supgreditᷣ quodãmõ se
ipm quasi extra se saltitans atqꝫ volitans.
Aliud quoqꝫ exemplũ inducamus ꝺ radi
js solaribus cadentibus sup speculũ conca
uum. qui ex vnitiuo eoꝝ cõcursu cõburũt
stuppã efficiũtqꝫ flammã supuolantem.
Sic intelligentia nostra illustrata contem
platione serena celestiũ/ quãdoqꝫ quidem
remanet intra seipam nõ incalescens neqꝫ
ardẽs. quandoqꝫ vͦo tantus amoris ardor
cõcursu radioꝝ celestium exoritᷣ/ vt in affe
ctum se erigat/ nec se capiat/ neqꝫ cõtineat/
sed iubilat et exultat/ ex quibus tertia ꝯclu
ditur differentia.

Consideratio. 30.

Scholã ostẽdit ad discendũ speculatiuaꝫ et
mysticã cũ alijs differentijs theologie quo
modoqꝫ se habeant inter doctos et fideles
ydiotas.

Vnde sunt alie inter has theologi
as speculatiuã ⁊ mysticã differen
tie/ sumpte ex acquisitiõis earuꝫ
varietate. Una quidẽ est quia speculatiua
theologia ratiocinationibus vtitᷣ cõformi-
ter ad phisicas disciplinas. Ideo scholasti
cam eam vel litteratoriã quidã appellant.
Quibus nõ sufficiant iste scholastice exercita-
tiones/ nisi quis studio vehementi nitatur
hẽre ꝯceptus ꝓprios ⁊ ītimos eoꝝ q̃ tradita
sũt a summis doctoribꝰ. Aliqñ tales theo
gizant solis auribus corporeis sicut pueri
vel pice neqꝫ vere intelligentes ꝺ qbꝰ loquũ
tur neqꝫ de quibus affirmãt. Nihilominꝰ
tñ sepe eis nomen ꝯcedimus theologoꝝ

Mystica vͦo theologia sicut nõ versatur i
tali cognitione litteratoria/ sic nõ habet ne
cessariã talem scholã/ que scholã intellectꝰ
dici potest sed acquiritᷣ ꝑ scholã affectus ⁊
ꝑ exercitiũ vehemens moraliũ virtutuꝫ di
sponentiũ animã ad purgationẽ/ et in the
ologicis illuminantibꝰ eã/ in beatificis vir
tutibus eam ꝑficientibus/ ꝓportionabilitᷣ
ad tres actus hierarchicos qui sunt purga
re illuminare ⁊ ꝑficere. ¶ Et hec quidem
schola potest dici schola religionis vel amo
ris. sicut intellectus dicẽdus est schola sciẽ
tie vel cognitionis. ¶ Sed qm̃ plerumqꝫ
euenit etiã in brutis vt ibi sit maior affecto
vbi parũ est cognitõnis. sequitᷣ ꝙ ad com
parandaꝫ huius theologie mystice doctri
nam/ nõ est magna scientia opus presertim
acquisita. Nam cognitio ex fide ꝙ deꝰ est
totus desiderabilis/ totus amabilis/ affecti
ua portio si purgata/ si illuminata/ si dispo
sita/ si exercitata sit: cur nõ in illũ totalitᷣ de
siderabilẽ/ et totũ amabilẽ/ sine plurimo li
broꝝ studio/ tota feretᷣ totaqꝫ rapietᷣ. ¶ Ex
quo illam cõcludimus doctrinam qm̃ theolo-
gia mystica licet sit suprema atqꝫ ꝑfectissi-
ma noticia/ ipsa tamen põt haberi a quoli-
bet fideli etiã si sit muliercula vel idiota.
De theologia vͦo speculatiua aliter eẽ nul-
lus ambigit. ad cuius adeptionem sicut ad
methaphisicã grãmatica. loyca. et philoso
phica disciplina cũ forti exercitio etiã clara
ingenia requiruntᷣ. Ita tñ/ vt gratia desup
cũ his infundatᷣ/ sicut apostolis/ et sicut fit
mũdicordibus/ quibus ꝓmittitᷣ visio dei/
⁊ hũilibꝰ amicis dei/ qbꝰ deꝰ incerta ⁊ occul
ta sapie sue ⁊ oia q̃ audiuit a pr̃e suo nõ fec.
Sic in Anthonio magno. sic in alijs mul-
tis sine litteris: litteratoria vt ita dicam the
ologia donata est. ¶ Ex premissis cõcludi
mus cum beato Bernardo ad fratres Car
thusieñ. de monte dei. Q2 theologia specu
latiua nunq̃ in aliquo ꝑfecto est sine misti
ca. Sed bene ecõtra. Et ex hoc sumi põt se-
xta differẽntia/ quoniam nunq̃ aliquis in-
telliget verba apostoli et ꝓphetaꝝ quãtum
cunqꝫ illa resonet exterius/ si non imbiberit
affectum scribentiũ/ neqꝫ enĩ aliter cõceptꝰ
eorum verboꝝ in animo generabit. Cecus
quippe crebro de coloribus sermonẽ audi
ens/ ꝺ illis vtiqꝫ disputare poterit differte ꝫ

acute/quãq̃ nullos in illo cordis archano proprios eorũ que disputat/conceptus inscripserit.

Consideratio. 31.

Hos quibus ꝓpalanda est mystica theologia instruit duorꝫ filiorꝫ exemplo.

Sicut multis qui clerici vel lr̃ati aut sapiẽtes vel phi aut theologi nominanẽ/occultand⁹ est sermo de mystica theologia. sic plurimis illitteratis et simplicibus/fidelib⁹ tamen/tradi potest. Hinc tradiẽ differẽtia se ꝑma sumpta ex modo publicatiõis. Beatus enĩ Dionysius plerumqꝫ obtestaẽ discipulũ suũ timotheum vt nullus imperitorum hec audiat. Impitos vocans eos q̃ vel nõ sunt fideles. naꝫ hec theologia proprie est fideliũ. vel qui tumentes iam phia/ maleqꝫ viuentes/conculcant pedibus suis sordidis. quicquid nõ sapiũt. quicq̃d etiã nõ intelligũt/canino dente lacerant. De q̃bus ait euangelica parabola. Nolite scũ dare canib⁹/neqꝫ margaritas ꝓijciatis ante porcos. Sed econtra simplices. qui q̃dẽ fidem habent possunt ex ea consurgere ad vnitiuũ amorẽ cũ dõ. Quomõ? sic nempe ꝑ fortẽ contritionẽ mortificatiuã sensualitatis/trahente eos deo/vinculis ꝑceptorũ suorꝫ/et mansionem apud eos faciente. At testante esaia ꝙ sup humilẽ ⁊ quietuꝫ ⁊ trementem sermones suos requiescit domin⁹ Itaqꝫ nihil ꝓhibet fieri v̓bum apud tales de theologia mystica/que amor est/ ⁊ amore cõquiritur cũ e diuerso sapientes in oculis suis/ sine casto amore/languentes circa pugnas verborum/ ab hac arceri cõueniat Carnalis enĩ hõ nõ sapit ea que dei sunt. ¶ Conatus suꝫ in quodã vulgari tractatulo ꝑ palã ista facere quodã exemplo. Sint duo filij patris vnius optimi. Sit vn⁹ eorum curiosus ⁊ astutus in inquisitione cõditionũ paternarũ. nũc ex opibus. nunc ex verbis/quatinus in earũdem elocutõe vel doctrina apud alios delecteẽ. Odiat autẽ patrẽ/vel nullã iussis suis obedientiam accommodet. Ponamus aliuꝫ simplicis ingenij/qui de patre suo nihil aliđ querat. nihil interroget nisi quo pacto illi placere/et in omnibus obedire valeat. Querim⁹ nũc quis e duob⁹ ab optimo patre magis amabitur? non est dubiũ quin secundus. Hic preterea plus iocundabiẽ in paterna bonitate/que sibi plus sapit. Ipse deniqꝫ pater tandem seipm/ et secreta suo puto tradet faciens eũ velut amantissimũ ĩ domo manere secum. Aliũ vero vel exheredabit/vel incarcerabit vel etiam occidet.

Cõsideratio. 32.

Ostendit q̃tũ mystica theologia distat a litteratoria/ ꝓpter finis diuersitatẽ ⁊ a speculatiua vitijs ꝑimere.

Theologia speculatiua vel litteratoria ꝑ hoc vel maxime a mystica secerniẽ ꝙ prima seruire potest vitijs. secunda nequaq̃ nisi ꝑ accidens valde/sicut si ꝯtigeret abuti spe vel fide. ¶ Hanc differentiã octauam que est ex possidentis qualitate breui verbo cõplexus est apostolus dicens. Sciẽtia inflat Charitas autem edificat. Rursus ipse ad thimotheum loquens de homine non acquiescente ei que ẜm pietatem est doctrine dicit quod sit superbus/nihil sciens sed languens circa questiones/et pugnas verborum inutiles/ex quibus oriuntur inuidie/contentiones/blasphemie/suspitiones: male conflictationes hominum mente corruptorum/quia veritate priuati sunt. Deniqꝫ iacobus vtranqꝫ describens/non est inquit ista sapientia desursum descendens/ sed terrena animalis dyabolica Sequitur Que autem desursum est sapientia primũ quidem pudica est. deinde pacifica. modesta. suasibilis. bonis consentiens/plena misericordia/et fructibus bonis/iudicans sine simulatione et emulatione. ¶ Hec autem dicta sunt non vt scientia aut sapiẽtia aliqua sit de se mala cum sit perfectio intellectus. Sed quia abusus eius tanto deterior et seuior est in peruersis/quanto per eaꝫ contra virtutes pro vicijs decertatur. Ecce enĩ finis multiplex ex falsa seductione q̃ritur a multis/q̃ quoniaꝫ auersi sunt a deo fine vero/vt ĩ varia dispergaẽ oportet. huic finis est diuitie ⁊ opes/illi sordide voluptates/huic põpatici honores/apud aliũ potentat⁹ fragil' ⁊ anxius. Cũ igiẽ ẜm exigen-

tiam finis veri vel estimati/ cetera oia mo-
derentur/ꝯsequens est vt subuerso et puer
so fine/ꝑuertant omnia ad finem ordinā-
da. Inter que nimiꝝ est scientia que dum
ad diuitias acquirendas reducit/ appella-
tur terrena. dū voluptates indigua sorte cō
quirit/animalis nominat. Dum vo emu-
lationibus sectis heresibus cōtentioni et si
milibus nequitijs spiritualib⁹ ancillatur/
quo pacto melius ꝙ dyabolica censebitur.
Scientia igit in ꝑuersis tot sortit nomina
quot sunt vitia/eam ad se rapientia/vt ꝙ ē
supba arrogans inflata. ⁊ similia. De tali-
bus dicit scptura. Sapientes sunt vt faciāt
mala. Inde eni fit illud de grecis eulogiū
ꝙ leges habebant bonas ⁊ pessima ingenia
Per cōtrariū vero sapiētia que desursum ē
qualē loquimur/sicut obseqt charitati ce-
terisqꝫ virtutibus/ita earum denominatio
nes contrahit vt ꝙ est patiens. benigna. nō
emulans. non ambitiosa. Et hoc modo ꝺ
ceteris. Sic ergo de theologia speculatiua
dicimus ꝙ non quelibet peruersa est aut ꝑ
uersos inhabitat. nec in ea vitiūʒ esse poni
mus. Sed in abutentibus ea/qualiter nl-
lus in theologia mystica abusus esse potest
nisi forsan modo pretacto per superbiā ob-
iectiue.

Cōsideratio. 33. R

Ponit differentiam inter ꝓbos fideles/ex-
emplo ostendens quomodo indicāt ꝺ the-
ologia mystica.

i In hominibus nō ꝑuersis nec a
uersis/a deo fine suo/pōt altera
inter theologū speculatiuū ⁊ my
sticuʒ differentia inueniri/quia
vnus ab altero secernit: qualiter artifex so
lum speculatiuus sine instrumentis cōue-
nientibus et habitibus acquisitis/differt a
practico expto et in vtrisqꝫ abundāte Hāc
differentiā nonā sumptā ex opis facilitate:
vel difficultate familiari possumus ondere
exēplo. Siqs peritissim⁹ in arte musice nō
aūt exercuerit se in vocali cantu neqꝫ ī cor-
dis aut organis/imo vocē hēat raucā/ ⁊ in-
strumenta musicalia discordia/ satagit eñ
iste vel cantare/vel instrā pulsarē/nulli du
biū qn oberrabit/et [illegible] qꝫ dulcē neqꝫ suaueʒ
simphoniā valebit afferre. Hec situdo re
spicit eū qui ꝺ diuinis scit artificiosa disse
q de morib⁹ silr ⁊ vtutib⁹ regulas hʒ/ ⁊ spe
culatiuū plerūqꝫ sermonē/sʒ nō dū vult ad
ea q cogscit cōformit opari/ cogit languēs
illā apli vocē plangē. velle adiacet mihi/ꝑ
ficē aūt non inuenio. Caret quippe vtutū
habitibus tanꝙ instrumentis/ habens car
nem rebellem et dissonā spiritui/que dum
tangit nihil suaue/nihil diuinū/sed raucū
sordidū. ac strepidulū resonat Sed et spiri
tus dū velut quidā musicus satagit obse-
qui deo in hymnis et canticis pioꝝ deside-
riorum/sentiunt tantūmodo fragores ⁊ tu
multus obtusi desideriorū carnaliuʒ atqꝫ
terrenorum. Istā rem mille siltudies pa-
res ondērēt in ceteris artib⁹ scribēdi. pingē
di. medicādi. militādi/nauigandi ⁊ siliuʒ
¶ Porro ita pueri magis sine arte/paulatī
extendendo deambulationē/discunt recte
ambulare/ꝙ iacendo etiam si mille regule
eis gradiēdi vel modi dicerent. sicut fabri
cando fabri fimus. qr similiter inquirim⁹
quid est virtus nō vt tantūmō sciamus. sʒ
vt bn̄ opando boni efficiamur ait Aristo.

Cōsideratio. 34.

Ostendit philosop-
hoꝝ caliginem et theologoꝝ claritateʒ sub
exemplo maris galilee et nauis ventoꝝ pi-
sciū ⁊ vocatione filioꝝ zebedei.

p Er theologiam mysticā sumus
in deo/hoc est in eo stabilimur ⁊
a mari turbido sensualium desi
deriorū ad littus solidū eternita
tis adducimur. In hac cōsideratiōe diffe
rentia etiā inter duas theologias specula
tiuā ⁊ mysticā edocet. Speculatiua quip-
pe si sola est nunꝙ quietat. inquietat poci⁹
alioquin nō dixisset ille qui voluit inuesti
gare de omnibus diligenter/ꝙ nō saturat
ocul⁹ visu/nec auris auditu/dans ꝑ hoc in
telligere quietem nō esse in sola inuestiga-
tione veritatis/sed famelicum quoddaʒ ie
iunumqꝫ desiderium. Fallor si non ita ap
paruit in maximis phis qui post oēs iqui-
sitiones suas tedio affecti/qr nō refecti. di-
xerunt hoc vnū se scire. ꝙ nihil scirent. Ui-
dete queso ꝙ inanis refectio/vbi ꝑ tot tem
pora/ꝑ tot studia/nihil nisi vanitas ⁊ ianis ī
visceribus aiaꝝ repta est. Preterea cognitiōis
ista videt esse nā/ꝙ pl⁹ satagit rē cognitaʒ

ad se trahere ac sibi assimilare/ q̄ ad ipām
fac. Qđ innuere videt̄ ꝑ h̄ ꝫ dicēs verū esse
in intellectu/bonū in rebus. Quid igit̄ mi
rum si cognitio sola/nō erit mare desiderio
rum sensualiū: si etiā portū vel littus eter=
nitatis ex̄ se positum nō attingat. Queād
modum nauta in regimīe nauis quotidie
garrula loq̄citate docte differēs nihil vero
eoꝝ agens q̄ loq̄tur/nūq̄ a medijs pōti flu
ctibus nauē ī littore stabiliet/demerget po
tius eā/vel ꝑiculis oībus expositā fluctuā
temq̃/iugiter inueniet. Siīlr spūalis na=
tura/nūq̄ ex sola cognitiōe maris intelli=
gibilis/ nunq̄ ex aspectu solo/ stabilitateꝫ
defici poꝛtꝰ poterit adipisci. ¶ Multa
sunt ī hāc sniaꝫ ꝯcordātia diuīe scriptu
re testimonia. Sꝫ libet vnū hic signanter
īserere de vocatiōe filioꝝ zebedei. quos do
minꝰ ihs a mari galilee ad littꝰ enatare do=
cuit. Ubi theologia mystica ꝑ sensus ana=
gogicos cognoscit̄. ¶ Uidenduꝫ est q̄d ꝑ
anagogiā .i. sursum ductōnē significet ma
re galilee/ q̄d littꝰ eiꝰ/ q̄d nauis/ q̄d vocatio
dn̄i: ꝛ ita de alijs. ¶ Itaq̃ sicut mare mo=
raliter pn̄s seculū. sic anagogice corruptaꝫ
nr̄e sensualitatis fluctuationē significat/ di
cente sapiēte. Cor impij quasi mare feruēs
¶ Qđ ideo mare galilee đr q2 mutationeꝫ
vel migrationeꝫ significat galilee. Quid āt
mutabilius. q̄d inq̄etius. q̄d ꝓcliuius ad
emigrationē q̄ sensualitas inuenit̄: Nūc
arrogātia tumet/nūc sepe attollit̄/ nūc de=
speratōne deijcit̄/nūc effernescit ꝛ ex̄ seipāꝫ
rapit̄ ꝑ iracundiā nunc ꝑ inuidiā in seipsa
frangit̄ atq̃ fatigat̄. Uorax est ꝑ ingluuiē/
ꝑ luxuriā/sordida voluptate đspumat/ eā
reddit insatiabilē inexplebilēq̃ cupiditas.
¶ Illic deniq̃ pisces ꝛ reptilia varioꝝ de=
siderioꝝ/ quoꝝ nō est numerꝰ. ¶ Porro q̄
descendūt in hoc mare sensualitatis/naui=
bus ratiocinationū naturaliuꝫ ipi vident
oꝑa dei/ ꝛ mirabilia eiꝰ in ꝓfundo. Sꝫ q̊ ꝓ
fundo: ꝓfunduꝫ inquit scriptura cor ho=
minis in scrutabile ꝛ quis cognoscet illud.
¶ Ceterū mirabilia valde oꝑat̄ deus. in
hoc ꝓfundo q̄ studiosi piscatores/philoso
phi mūdiales/ꝑ rhetia suaꝝ adinuētionū
atq̃ doctrinaꝝ scrutari conati sunt sꝫ defe=
sis mēse sue reliquijs. Propterea noli altū
sape sed time re cogitans. q: gratia cōtem=
plationis numerat inter gratias gratis da
tas/ q̄ sicut spes/ fides/ et ꝓphetia. aut alie
virtutes. pōt informis ꝛ sine charitate hā=
beri. Quis igr̄ secure nisi in dn̄o gloriabit
Ue/ ve tibi humana p̄sumptio/ qn̄ has et
sil'es grās spūales repire est apud maledi=
ctiōis/ reprobatōisqȝ filios. vel in augmē=
tum sue dānatōis vsu ingratissimo dono
dei/ vel ad aliorū eruditionē/ vel ꝓ quali=
cunqȝ laborū suorū/ velut falsorū ac inuti=
lium p̄mio transitorio. ꝓ tali numismate
talis merces. dicit ꝓuerbiū. Fornicari tn̄=
mō quesierūt in donis dei p improbā dile
ctionē aut p̄sumptionē. Quid igit? desi=
deriū eorū affert eis deus. sȝ iratus. Audi=
unt illud euāgelicū. Accipe qđ tuū est ꝛ va
de. ¶ Hinc ꝓuenit ex dispēsatōe miscđie
dei/ q̄ ab electis suis sepe declinat ipse/ sed
nō in ira/ nec in finē. Abyssum vō iudicio
rum eius quis inuestigabit? ¶ Possumꝰ
tn̄ ex dictis sanctorū qui sepe deo inspirā=
te locuti sunt quasdaȝ hmōi mysterij cās
agnoscere. ¶ Fit hoc qn̄qȝ ꝛ sepius ad hu=
miliationē vt retundat supbia vel q̄ p̄fuit
vel ne surrepat ꝓuidet. Propterea testat
expertus Bern̄. Uere nihil esse efficatius ad

gratiā hanc vel inueniendā. vel retinendā
vel recupandā/ꝗ̄ si semꝑ inuenmaris non
altū sape sed sape ad sobrietatē. Deniqꝫ be=
atus vir qui semꝑ est pauidus/⁊ suꝑ custo
diam suā stat. ¶ Fit hoc aliqñ ad desideri
um vehemētius igniendū /quēadmoduꝫ
ignis flatu cōpssus/erumpit ardētior ⁊ vt
discamus grādia grāditer querere. ¶ Fit
hoc vt ab hoīe sua fragilitas/⁊ abyssus mi
seriarū ꝓfundius ⁊ exinde clarius sentiat
quatinus vilescat ipse sibi /recogitās q̄lis
ex se sit/ ⁊ quales ex dei munere esse possit.
¶ Fit hoc aliqñ ad induendū viscera pie=
tatis suꝑ aliorū desolatiōe/quib⁹ hec cōso
latio vel nō cōcedit vel cōcessa subtrahit.
¶ Fit hoc ad satisfaciendū interim ꝓ se vl
alijs/ꝑ dolorē sensibilē ex tali carentia dere
lictum/quēadmodū humanitas xpi dere
licta est/⁊ torrēte penalitatū tota immersa
q̄tinus ita satisfaceret ꝓ peccatis nō suis sꝫ
alienis. ¶ Fit hoc qñqꝫ ne quis idoneus
in doctrina alios iuuare/aut in re aliq̄ ve=
lit assidue sic ociari sibi sic inter amplexus
Rachel herere/ꝙ negociū charitatis sper=
nat ⁊ Lye fecūdationi nequaꝗ̄ inuigilet.
horret itaqꝫ natura bñ instituta pigriciaꝫ.
ꝓpterea si nō in altis possit/saltē vel ī infi=
mis queret occupata proficere. Quo eue=
nit vt sic infirmata aīa sic hūiliata ꝑficiat
amplius. Illiqꝫ pluuia volūtaria segreget
diuine irroratōis. ¶ Fit hoc vt hō ꝑ mul=
ta tentatus discat ex his q̄ patit obediētiā/
ceterasqꝫ virtutes/ q̄tinus eas postmoduꝫ
edoceat efficatius. Itaqꝫ verū est illud so=
craticū. Loquimur melius q̄ melius cog=
scimus. Illud aūt melius cognoscim⁹ /q̄d
intimius experti sumus. Nam vt inexꝑtus
quid cognouit? ¶ Fit hoc aliqñ ne de
serat hō ꝓ cōtemplatōis superogatiōe D
obligationē diuine iussionis. ¶ Fit h° ad
punitionē venialiū defectuū/tanꝗ̄ si pr̄ in
dulgētissimus vel auertat interim faciaꝫ a
filio lasciuiore vel tristioreꝫ oñdat q̄tinus
exinde studiosior sit in omni modestie cu
stodia. Et ne minima negligēs paulatim
decidat. ¶ Fit hoc qñqꝫ vt cognoscat illd
apl'i. nō est volētis neqꝫ currētis. s. ꝑ indu=
striā ꝓpriā/sed dei miserētis cuius rōnis si
gnū ꝑspicuū est /qr postꝗ̄ hō sibi dixerit.
Tu tali die tali hora vacuus eris ab omi

occupatōe. tu certissime aptus eris ad sua
uitatē cōtemplatiōis degustandā. Tu sic
ages/sic te dispones. Sed quid? veniet illa
dies. veniet ariditas in aīa amarior. fasti=
dium spūs. horror lectōnis ⁊ orōnis. tene
bre ⁊ cōturbatio. ac ex aduerso dum tu ni
hil horū ꝓposueris: grata suꝑueniet q̄ nō
sperabat hora. ¶ Fit hoc aliqñ ad purga=
tionē maris spūalis magni et spaciosi /q̄d
ex nimia quiete sicut ⁊ materiale sordes cō
trahere solet quas ex agitatio cōmotioqꝫ
depellūt. ¶ Fit hoc aliqñ vt innotescat si
gratis aīa timet deū si parata est/scꝫ obseq
ꝓprijs expēsis tribulationū ⁊ dolorū. quē=
admodū si stipendia cōsolationū ⁊ suaui
tatum ab impatore suo recipet. cōtra illos
qui orōnem suā vel effundere nolūt/vel in
efficacē credunt/nisi cōsolationū sentimē=
ta meruerint/q̄si nō fingeret vnꝗ̄ deus la=
borē in ꝓcepto. ¶ Fit hoc q̄tinus oblectet
hō ne semꝑ putrescat/aut ne fornicari inci
piat in donis dei ea ꝓ se diligēs/his adhe
rens/his se oblectans/aut ne p̄miū tempo
raneū hic tale recipiat/illo futuro caritur⁹.
Itaqꝫ princeps negligit statim remunera=
re militē/⁊ pater filiū denario vel obolo vl
pomo aut cibo/qui postmodū principatū
daturus est aut regnum/ꝙuis indulgētia
principis aut patris/illa qñqꝫ minora det
ad cōsolationē ⁊ ad amoris indiciū/reser=
uans postmodū nihilominus excellētiora
ad p̄miū. ¶ Fit hoc qñqꝫ vt dissimulet ve
nire tantus hospes ad aīam ne grauet ex=
pensis. Sicut ait dauid ad filiū. Sed qui
bus expēsis? lachrymis pijs gemitibus.
ieiunijs vigilijs. ceterisqꝫ corpa grauantib⁹
aut forte qr aīa iunior non posset sustinere
ebrietateꝫ spūs/si iugiter introduceret rex
eam in cellaria vinaria sua / ꝓpterea clauē
gerit/nunc claudēs/nūc apiens. ¶ Fit hoc
vt ꝓuocet te deus/sicut aquila pullos su=
os ad volandū ⁊ mater filiū ad ambulan=
dum. Uides qr deserit mater filiū hac in=
dustria vt derelictus clamet ad eam. vtqꝫ
regrediens cautior sit adherere sibi. Cauti
or insuꝑ/ne cadat ꝓspicere/⁊ quesitā ma=
trem letior suscipiat inuentā/blandicias ⁊
oscula suauius addat. ¶ Fit hoc ad exer=
cendū patientiā q̄ opus ꝑfectū habet. Nā
q̄ est acrebior tribulatio q̄ materia patien

tiæ copiosior apud aiam q̄ aut ꝑgustatiōe
delitiarū ꝑadisi relabit̄ ⁊ corruit ad dolo=
res inferni/ad silitudinem vmbre mortis.
ad erumnas huius exilij. Sumitur postre=
mo coniectura quāte futura esset amaritu
dinis sepatio ꝑpetua. ¶ Quisquis es igit̄
qui ad cōtemplationē traditus es/satage
impiger ad eam sed ita vt illā expectes ab
alto/paratus humiliter ea vti si venerit cū
gratiarū actione/paratus sit̄ ea carere bo
no aio/si nō aduenerit. habentes ama. sꝫ
ne spernas aut iudices non habentes/reco=
gitās assidue q̄ in sola charitate dei est re=
gnum dei. ¶ Deniqꝫ maledicta terra nr̄a
spūalis sicut ⁊ corpalis n̄ germinat fructū
sine spinis ⁊ tribulis/nec absqꝫ dolore/aīa
ꝑgnans veritatis ꝓlem parturit.

Consideratio .7.

docet assumere longanimitatē volenti ꝑ=
uenire ad gustum internum. instanter q̄=
rendo/sepiusqꝫ repulsus ꝑseuerat inceptis
nec fatiget̄ quousqꝫ mereatur misericordi=
ter exaudiri ⁊ admitti.

¶ Industria septima.

L Onganimitatē assumē. ¶ Po=
terat fortassis ex ꝑmissa cūside=
ratiōe deuotus animus saluber
rimos ⁊ suauissimos cōtemplatōnis fru=
ctus q̄si negligere ⁊ dicere. vt quid fatiga=
rer frustra? quid eniterer acquirere qḋ ig=
rat aīa mea si ꝓficuū fuerit aut dānationi
imputandū? Fiat itaqꝫ volūtas dei: det si
velit ꝑgustationē sue dulcedinis hic senti
re neget si voluerit. patū cor meū ad vtrū=
qꝫ. ¶ Sed audi tu qui sic loqueris. Scis
ne queso q̄m neqꝫ qui plantat vt dicit apo
stolus. neqꝫ qui rigat est aliquid. Nihilo
minus vult nos deus plātare solerter et ri=
gare. siue hoc carnaliter intelligas siue spū
aliter. Alioquin quō coadiutores dei su=
mus. q̄liter implemus. Nō tentabis dn̄m
deū tuū. si laborē diligentiāqꝫ datā huma
nitus deserētes solum diuinitus adiutori
um ꝑstolamur. Sit igr̄ labor noster. sit in=
dustria. sit conatus plantās ⁊ rigās. incre=
mentū vo q̄si viuificā supinfusāqꝫ virtu
tem/donet xp̄s/a q̄ petat̄ humiliter ⁊ fidu
cialiter expectet̄. ¶ Nemo de negligētia
et inerti corde sibi blandiat̄/si nolit ad cō=
templationis culmen anhelare. Confun=
dit prior vna rō vna cōsideratio dicens ad
ꝑfectionē semetipm̄ extendere. ¶ Nemo
ꝑterea deserat ceptū iter hoc ꝑfectionis si
senserit vt sentiet laqueos innumerabiles
tentationū abscōditos/in via qua ambu
lat. sepe repulsus nō ꝯfundat̄/crebro desu=
dans/nec iudicio suo ꝓficiēs nō cōturbet̄
Satagat enitat̄ innitens forti baculo ꝓte
ctōnis altissimi/nō arundineo laboris sui
¶ Qui capit capiat. q̄m labore querit̄. im=
mo requirit̄ ad illā/quā tn̄ dare nequit cō
templatōis gratiam. Sed ita videmus in
hoīs formatōne/patres generant. matres
alunt in vteris. Alioquin q̄n nasci puerū
contingeret. nihilominus quid virtutis
hn̄t hec oīa nisi desup aīa det. solo creātis
arbitrio viuificat̄ totū illud pius informe
ac veluti inutile. Homo. s. fenestras remo
uet. leuāt caput. oculos apit. Alioq̄n qua
rōne videret? Qḋ si sol abscōderet radios
frustra ad visionē hec oīa fierēt. de sole iu=
stitie idē existima. ¶ Postremo si nihil
absqꝫ magno labore dedit deus morta=
libus vt poeta loquit̄. ¶ Si nemo coro=
nabit̄ nisi qui legitime certauerit ſm apl̄i
v̇ba. Si deniqꝫ minores artes quarū enu=
merationē ꝓsequi vacuū est/cū tanta soli
citudine vigilijs anxietate discunt hoīes/
vel ad fugā paupertatis/vel ad augmentū
diuitiarū/vel inanes laudum titulos/aut
aliqḋ tale mortale/caducū/aut fluidū si ꝓ
pter hꝰ fuit inductus poeta dicere. Labor
oīa vincit improbus ⁊ duris veniens in re
bus egestas. Pudeat pigeatqꝫ ꝓ re pulcer
rima maxima ⁊ diuina/minus esse solici=
tos. minus longanimes/⁊ erectos. ¶ For
tis ascensor montis huius attingere para=
tus ad cōtemplatōes/alacer erumpe/exul
tans vt gigas ad currendā viā/firma gres
sum ne labaris retro. sed ⁊ lapsus violenti
or erigere/abijce molā terrene cogitatōis a
collo tuo. hoc te fabulosus Sisiphus edo
ceat. Usqꝫquo placebit tibi regio hec ege=
statis in valle lachrymarū/in limo ꝓfun=
di ⁊ luto fecis. Illuc sursum aspira/vbi di=
uitie pax gaudiū spiritus in ethere puro.
¶ Quousqꝫ rursus algido rigore torpescit
aīa tua/q̄ diu n̄ exardescet ignis deuotōis
in ea? insuffla/exuffla. ne cessaueris legēdo

medicando ⁊ orādo/donec scintilla deuo-
tionis vel tenuis euolitet. Turbabit te ab
initio fumus tentationū sił erūpens/fuli-
ginosus ⁊ teter. punget hic oculos rōnis/
et faciē interiorē velut in rugas cōtrahet.
Ita vt tecū nunc ꝙ̄ antea molestius aliqd
agi videatᷣ. ⁊ felices dicas qui forte cōis vi-
te cōtenti sunt. sed noli timere fumi impe-
tum ꝑsta sufflās donec flama vehemētior.
dehinc purior emicet/donec tandē sereniſ-
sima tranquillaq̄ȝ lux velut in carbone vi
uo sugauerit oēm fumositatis inquiete ca
liginē. Taliter accēdi taliq̄ȝ luce ꝑfundi si
bi cupiebat qui dicebat. Ure renes meos ⁊
cor meū. ¶ Qd̄ si nitēdo/si agēdo/tale ni-
hil inueneris dolēs doleas saltē infelicita
tem tuā. cōgelationē tuā. dicens ex snīa il-
lud ꝓpheticū. Miser factus sum ⁊ curua-
tus sum vsq̄ȝ in finē tota die cōtristatus in
grediebar. Crede mihi nō minus non ꝑ-
des laborē tuū/nō mercedē/apud illū qui
laborē ⁊ dolorē cōsiderat. ¶ At vo si desi
deriū aīe tue tribuerit tibi deus/ꝑueniens
te in bn̄dictiōibus dulcedinis. hoc vnum
summopere curaueris/vt deuotōis ignē accē
sum multo conatu tantoq̄ȝ labore conser-
uent cineres hūilitatis/cōtra flatū arrogā
tie ne q̄si iam aliqs tibi magnus videaris.
cōtra gelicidiū insuꝑ inertis negligētie/ne
q̄si iam sufficiēter attigeris qd̄ quesisti. Iā
q̄ȝ liceat hac illacq̄ȝ verbis aut actibus su-
ꝑuacuis effluere. vera siquidē est snīa me-
tro cōphensa. Non minor est virtus/ꝙ̄ q̄
rere/parta tueri. Ad qd̄ spectat illud vul-
gare. Bonus cūseruator par est bono con-
quisitori. Sed ve ve stultis quorū gr̄e effū
dentᷣ. Sicut alio notatᷣ ꝓuerbio. Misero
nō obuenit bona scutella quā nō effūdat.

Consideratio .8.

est passionū ⁊ affectionū origines aduerte-
re. Et hec ars traditᷣ sub triplici modo co-
gnoscendi respectu diuini iudicij ꝓut mi
seretᷣ mō in cōphensibili peccatoribus ⁊ ꝓ
ceditᷣ in vires aīe nostre varias/exēplificā-
do ſm ꝙ inclinant ad virtutū excellentiā
vel viciorū enormitatem.

¶ Industria octaua.

Passionū vł affectionū origines
aīaduertere. ¶ Habet hanc ꝓ-
prietatē theologia mystica ꝙ in affectu re-
ponitᷣ/oībus alijs scīētijs repositis in intel
lectu. Et qm̄ oīs affectio vel amor est. vel
ab amore cōsurgit ſm philosophicā dedu
ctionē. Nonne rōnabiliter ipsa theologia
mystica noīari debet ars amoris. vel amā
di scīa? At uero nō est sic solus amor quin
origo sit ceterorū affectuū vel passionum.
ita vt ipsam etiā odiū pariat. Illa insuꝑ q̄
hic confusa sunt oīa. spes. metus. meror.
gaudiū inde ꝓueniūt. Quippe si diligitᷣ
deus suꝑ oīa. cōsequēs ē vt odiatᷣ quicqd
eius amori ꝯtrariū fuerit apphensū. Rur
sus qr deus tanq̄ obiectū summe cōueni-
ens ꝑsentatᷣ aīe ꝑ cognitionem subsequitᷣ
gaudium de ꝑsentia. Et si absit. tristicia
vel metus oriunᷣ. Ceterū de numero pas-
sionum multi multa tradiderunt/vt Ari-
sto. in rhetoricis. Hugo in tractatu de ora-
tione Guilhelmus parisieñ. in suo peni-
tentiali. Et alij quidem nunc plures enu
rant nunc pauciores. Meminimus earū
alio loco vsq̄ȝ ad vicenariū extēdisse. Hu
go in suo de oratione nouenario conten-
tus est/ꝙ̄uis eas innumerabiles eē nō am-
bigat ¶ Et qm̄ in paucioribus via maior
contentabimur ad ꝑsens eas sub ternario
concludere conformiter ad tria appropria
ta in diuinis. potentiam. sapiētiam. ⁊ bo-
nitatem. ſm ꝙ satis aperte potest recipi id
ꝙ venerabilis Richardus ait dum contē
plationis gratiam tripliciter oriri comme
morat. ſm tres exclamationes de assensu
anime in canticis/exabundantia deuote
cōpunctionis/quasi virgula fumi. ex ma-
gnitudine admirationis/quasi aurora cō
surgens. ex plenitudine exultationis/qua-
si innixa suꝑ dilectum suū. ¶ Itaq̄ȝ si con
sidero ꝓfundius diuinā potentiā ⁊ opulē
tiam respectu mee infirmitatis ac indigen
tie/qua rōne nō potero cōpungi. nō ꝑhor
rescere. non timere meam miseriā indigni
tatemq̄ȝ viuendo sub hoc terribilissimo iu
dice in consilijs suꝑ filios hoīm in quem
deliqui/sub tali dn̄o magno quē offendi/
sub tali patre maiestatis quē contempsi?
¶ Rursus si corā oculis eiusdē cōsiderati
onis posuero ꝙ̄ mirabilis facta est scīa sua
valde ꝙ̄ ꝯfortata ⁊ nō potero ad eā/ꝓtinꝰ
oritᷣ admiratio stupor ⁊ defectio. dū cape

nequeo qualiter hos ad gloriam. alios ad infelicitatē p̄sciuit ppetuā. Quo pacto negat gratis/ ꝛ bene vsuris multa/ q̄ p̄stat ingratis. deinde pugnaturis cōtra eū. Qua cōditōne sustinet plures saluādos pene p totā vitā in sceleribus abominādis/ vt latronē in cruce/ dum alijs eternaliter pituris/ sicut inde variarū virtutū gratiā elargiat᷑: ꝙ p̄terea nemo possit corrigere eum quē ip̄e despexerit. Et ꝙ conclusit oīa sub pctō/ ꝛ filia/ sup quibus cōpulsus apl's stupens exclamare. O altitudo diuitiarum sapie ꝛ scie dei ꝛc̄. ¶ Postremo venit in recogitationē mētis/ torrēs suauitatis diuine. ꝛ ꝙ bonus deus isrl' his qui recto corde. Quid em̄ totus exultabūdus ꝓnūciet affectus meus. O ꝙ suauis es dn̄e sp̄us tuus. Et illud ꝙ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e/ quā abscōdisti timētibus te. ¶ Habemus in his tres principales affectus. Cōpunctionē cū tremore. admirationē cū stupore. exultationē cū iocūditate. ƀm potentiā dei. ƀm sapiam. ƀm bonitatē et ƀm tres vires aīe irascibilē. rōnalem. et ꝯcupiscibilē. Porro nihil inuenies p oēm scp̄ture seriē qđ ex hac recognitōe nō possit ad orōnē dei placatricē accōmodū fieri. Obijciat᷑ tibi quippe potētia dei cōtra imbecillitatē tuā ꝛ aduersantiū tyrannidē dei sapia cōtra tuā insipientiā ꝛ hostilem astatiā/ dei beniuolētia cōtra tuā ꝛ alienā nequiciā. Omne vō qđ in scriptura legit᷑. imo omne qđ cernit᷑ an nō aliqđ horū videt᷑ resonare/ aut nostrā miseriam/ aut aduersantiū ip̄robitatē aut dei maiestatē in potētia. sapia ꝛ bonitate. ¶ Atuero si cogitatōes vane fuerit ac de t'ra. Si fons amoris corruptus extiterit. surgēt ꝯtinuo passiones siīis generis. sꝫ puerse ꝛ reprobe vt ex supueniēte egestate vel ex rēpētino interitu p tyrānidē/ vanus timor ꝛ inutilis cōpunctio. ꝛ ex astutia deceptrice. admiratio. ex feda voluptate/ iocūditas falsa. ꝛ pessimis rebus. peior gloriatio. ¶ His igitur oēs affectōnes gignere laudabiles/ fontem amoris pur᷑ habeto/ sit' obseruās. ꝙ origo fontis huius sincera bone fidei ꝛ sanctarū cogitationū. terra hauriat scaturiginem. Hinc monet aplus: Reformatos sensus h're innudatos. sa corrupti amoris febre/

quatinus oculus in summe pulcrū ac lucidum. Auditus in sūme armoniacū ac sonorū. Gustus in sūme sapidū. Olfactus in sūme odoriferū. Tactus in sūme suaue ac iocundū. mūda q̄dā deiformitate ferat᷑. ¶ Possumus hanc nostrā cōsiderationē; in aliud trāsferre. vt dicamus passiones vl' affectōes oriri. nūc ab extrinsecorū ambotū immutatiōe. nūc ab intrinseca fantasia vel imaginatiōe. nūc a rōe negociāte. nūc a mēte vel spū deo supillustrāte. nūc a bonis angelis solicitātibus. nūc a malis. aduersus q̄s est nobis colluctatio magis ꝙ aduersus carnē ꝛ sanguinē. adeo ꝙ purissime sanctitaqꝫ aīe molestissimos aliqn̄ stimulos blasphemiarū sordidissimarumqꝫ spurciciarū pati cogunt᷑. etiā in senectute et solitudine sua. q̄les nesciebant ipsimet dū in mūdana cōuersatōne inter medias tentatōes carnis ꝛ mundi adolescētiores versabant᷑. ¶ Poterat demū non inepte cōsideratio nr̄a dilatari/ tradēdo radices naturalr' generatiuas huius vel illius passionis/ cōformiter ad doctrinā p̄hi in rhetoricis. vbi de passionalibus sermonibus cās reddit/ vt vn̄ verecūdia. vn̄ gloriatio. vn̄ erubescētia. vn̄ desparatio. vn̄ stupor. vn̄ admiratio. vn̄ ira. vn̄ inuidia. vn̄ adulationis ꝛ detractōis appetitus. vn̄ reuerētialis tremor. vn̄ abominatio. et vniuersalr' vn̄ generales q̄tuor passiones. Spes metus meror gaudiū. ¶ Notauit acerrimus p̄scrutator cogitationū. Augu. in suis sermonib⁹. ꝙ viciū nullū ꝯmittit᷑ nisi qr volumus (lꝫ false) diuinā excellētiā imitari/ ita ꝓrsus est. qr initiū oīs peccati supbia. Quid aūt pctm̄/ nisi inordinata ꝛ intēperata affectio. Est igit᷑ supbia radix cuiuslibet improbe affectōis. sicut ex aduerso ptus rit oēm affectionem piā hūilitas. Quocirca breuissima hic tradit᷑/ sꝫ efficacissima regula/ distinguēdi inter affectōꝫ bonā ꝛ malā. ex hac duplici radice/ q̄rum sp altera in fructib⁹ affectionū si diligēter attrectaueris sapit. Inuidet aliqs. q̄re: qr solus cupit impunit⁹ excellere. Irascit᷑ aliqs. q̄re: qr vult imperturbatus nec punitus excellē. Auarus est. q̄re: qr vult absqꝫ indigētia ꝛ cū impunitate p̄cellere. Accidiosus ē. q̄re. qr vult sine fatigatōe laboris impunitus

excellere. Luxuriant/aut gulosus est. q̃re? q2 vult in delectatōibus ipunitus excellē. Pusillanimis ē. arrogās ē. iobediēs ē. q̃tis male agit et nocet; q̃re? q2 vult in iudicio ꝓprio ac volūtatis arbitrio manēs impune excellere. Tolle hūc appetitū impunite excellētie cupidū. cōfestim rami oēs/fructus ꝛ folia vicioꝝ arueru͂t. Et ꝓ inuidia charitas. ꝛ ꝓ ira mititas. ꝓ auaricia frugalitas. ꝓ accidia strēnuitas. ꝛ ita de reliquis germinabunt. In his hō xp̄s/lucifer in alijs semꝑ imitat.

Consideratio .9.

I docet ip̄s ꝛ locū idoneū in ꝓficiētibus eē inquirendū/ ꝓpter varias hoim dispositiones/eligitꝗ ꝛ ondit eis ꝙ ibidē cū gr̄a abūdantioꝛ influit a dn̄o/tum q2 in tribulatōibus cōsequit solatiū ꝛ cōsolatio sp̄ualis.

¶ Industria nona:

T Empus idoneū ꝛ locū inqrire re. ¶ Locoꝝ alius publicus/alius secretus. alter in quiete. alter in strepitu. Quidā obscurus ꝛ artus/alius lucidus ꝛ amplus. ꝛ sub diuo patēs. Silr in tpe tpat deus rerū vices/Est vespertinuz est serotinū. est nocturnū/est gallicantus/est crepusculū/est matutinū/est prima. tercia. sexta. nona. Amplius vo sunt in locis modi varij cōponēdi corpus vel aptandi ad ꝯtemplationē. Hic stat. ille genuflectit ille toto corꝑe ꝓsternit. Hic ꝓnus hic supinus iacet. hic faciē media inter genua locat. Alter eam manu opit. sedet alter innixus cubito vni vl duobus. sublevat vnus oculos quantū valet sursum. alius deorsū figit. alius hac illac circūducit. Sistit alius gressū alt ambulat. Proinde dicit apl's. q̄libet abundat in suo sensu. suus vnicuiqꝫ mos est; ait comicus. ¶ Regulā hanc sup his oibus traditā inueni/vt sequat vnusquisqꝫ qd bonū in oculis suis visuz fuerit ad facilitatē cōtēplatiōis assequēde. His exceptis q̄s regularis cōisqꝫ ligat disciplina ad obseruantiā certi tpis loci ꝛ corꝑalis cōpositōnis. Alioquin ve illi ꝑ quē ꝓ sua singularitate scandalū venit. Nam ꝛ vineam dn̄icam quis depastus est? Talis vtiqꝫ singularis fera. ¶ Sunt q̄s adiuuat locus abditus sub obscurus. artus. bassus. ꝛ quodā alti silētij horrore tremēdus. habitant hi velut in sepulcris ꝛ cauernis terre et spelūcis. ¶ Sunt quibus aptior est locus patēs ꝑlucidus. amplius. altus. vndiqꝫ celo vel ethere circūfusus. Habitauerūt tales in desertis ꝛ mōtibus vbi si Hieronymo credit/nescio qd serenius emicat q̄ in fumosis vrbibus. Inuenies aliq̄s q̄s offendit ois sonitus. alius vo quibus nihil obstat/sed ꝓficit locus strepidulosus vel ex murmure labētis aque vel susurris volitātiū folioꝝ/vel sonoris cantibus auiū vel stridulo/ventoꝝ sibilo/vel fluminum vel mariū allisione cōfusa. vel maxie demū ex resonātia suaue sonātis ecclesie /in vocibus modulātis. in cāpanis ꝛ organis ꝛ choro. Et qd alijs ad lasciuiā. his ad molestie cedit grauitatē. ¶ Quinetiā videre est in nōnullis sed paucis nec passim imitādis/quibus ois ille nuptialis apparatus in choreis et citharis/in gesticulatōibus. in venustate feminarū cū vestitu deaurato circūamictarū varietate/vertit in theoricos sincerissimosqꝫ mētis excessus/ vn̄ libidines suas ineptissimas/nec minus fedissimas/improbi cōsectant. Sic diligentibus deū oia cooꝑant in bonū. sic in omni re vtilitatē suā. sic mel suū velut apes inueniūt. Exaltati quippe a terra. omnia trahunt ad seipsos. ¶ Quid subinde diffiniendū erit de tēporum varietate/qn̄ nunc tp̄s est flendi nūc ridendi nunc amplexādi. nunc fieri longe ab amplexibus. ꝛ ita de reliquis. Quin p̄terea gloriabundus in dn̄o ps. ait. Septies in die laudem dixi tibi sup iudicia iusticie tue. Et alibi. Media nocte surgebam ad confitendū tibi. Et rursus ait se in matutino interfecisse oēs peccatores terre. hoc est oēs tentatōes ad peccatum inducētes/subiecisse. qd nō nisi vigilās ꝛ orans fecisse credēdus est. Rursus ad dn̄m. Exitus inquit matutini ꝛ vespe delectabis. Et quis est qui tp̄s audeat p̄finire deo ꝛ non illud bn̄placiti sui bn̄placēter nec minus vigilāter p̄stolet. Visitas eū diluculo/dicit afflictus Iob. ꝛ subito ꝓbas illū. ¶ Nihil-ominus quātū humanā respiciat industriam/arbitramur horā conuenioꝛē illā esse ad hoc ip̄z /postq̄ cibus digestus est/ꝛ cure mūdi sepolite. dum insuꝑ obseruator

adest nemo. qui gemitū lugubrē/qui suspiria ex imo peccatore eruta/ qui rugitus amaros/qui plangores interruptos/qui ꝓstrationes humiles. qui madentes oculos qui faciē nunc rubore/nunc pallore suffusam/qui palmas vtrasqꜫ tēsas cum oculis ad celū/qui pectoris crebras tunsiōes, qui fixas terre vel altaribus oscula/qui simplices alios gestus/ ⁊ singula mēbris impᷓssa/ notare potuerit. ¶ Ad extremū vō corporalis illa situatio seu collocatio efficatior estimatᷓ q̄ quieti mentis aptior est. Itaqꜫ sedēdo ⁊ quiescēdo fit aīa prudens. Nec valet animus in sua pace satis stabiliri nisi corpus in eodez situ fixum manere didicerit. ¶ Addamus ꝙ eligibilior est ceteris partibus locus sacer quē virtuosissima xp̄i p̄sentia. cōsecratioqꜫ solennis ⁊ vota fideliū et gesta sanctorum depicta vel sculpta/ ⁊ sepulcra defunctorū reddunt aptiorē. ¶ Similiter sacris tꝑibus atqꜫ celebribus /quis dubitauerit copiosiora solere infundi gratie diuine fluenta/ sup magnū hospitale viuentiū/ ⁊ carcerē purgandorū mortuorū. Tunc em̄ in die bona venimus ad deum tunc fiducialibus ad aliquē sanctorū dicimus/ ꝓspera diem triumphalē tuū. Tūc copiosiores carismatū reliquie velut a mēsa splēdidissima beatorꝫ ꝯuiuarū decidūt largiende paupibus ⁊ mēdicis petētibus querentibus ⁊ pulsantibus. An nō canit ecclesia ꝓ coniunctōne ⁊ nuptijs Hester. hoc est humanitatis nostre cum diuinitate/ hodie ꝑ totū mundū melliflui facti sūt celi. Doceant nos corpales mēdici debiles et infirmi sic tp̄s obseruare. doceant in carcere ⁊ tenebris clausi. sic a mēsa iudicis aliq̄n suauiora ciborū fragmenta promereri. Est insup qđ de tēporū varietate dici possit. ¶ Nam tp̄s est flendi ⁊ tp̄s ridendi tp̄s. s. aduersitatis qđ ꝑ noctem. ⁊ tp̄s ꝓsperitatis qđ ꝑ diem scriptura sepe significat. Sileamus interim de ꝑfectis qui vtroqꜫ tꝑe sciunt vti ꝑ arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris/ velut ambidextri/ dicentes cum aplo. Scio abundare ⁊ scio penuriā pati/ gaudere cum gaudentibus/ ⁊ flere cū flentibus. Quāuis etiā inter lachrymas cōtingat eis illud virgilianū. Mens immota manet lachryme voluunt inanes. Mens quippe taliū manet fixa in vnō eternitatis centro/ velut axis circa quā decurrit volubilis rota tꝑalitatis. aut sicut acus affecta ꝑ magnetē ad poluz se dirigit. ¶ At uero de incipiētibus ⁊ ꝓficiētibus videtᷓ experientia cum scripturarū auctate doctrix esse ꝙ plus eis ꝓdest tp̄s aduersitatis. siquidem ipsa moderata sit/ ⁊ talis q̄ iudiciuz rōnis integrū custodiat/ ⁊ in qua dei munere patientia ꝓuentū opetᷓ. ¶ Aduersitas quippe talis potētiori quadā manu mouet eos eripe se ab hoc limo ꝓfundi /vt a terra se subleuēt/ dum illic tribulationē ⁊ dolorez inueniūt. agūt studiosius qđ ꝓpha subiūxit. ⁊ nomen dn̄i inuocaui. Sentiūt quippe q̄m ꝓpe est dn̄s his qui tribulato sunt corde. ⁊ q̄ adiutor est in oportunitatibus/ in tribulatōne. Illud insup. Inuoca me in die tribulatōis eruā te ⁊ honorificabis me. ¶ Sic em̄ colūba rōnalis nō hn̄s vbi pes desiderij quiescat. reuertitᷓ ad arcā contēplatōnis/ sic eadē arca crescētibus aquis tribulationū subleuatᷓ amplius. Sic ascēdunt tribulati in supiora domus sue spūalis. vt Anna ⁊ petrus cum ceteris /dū vel obprobriū aliqđ vel parentū mortem/ vel patrie afflictionē: vel rerū inopiam accipiunt. ¶ Hec est antiparistasis quedā spūalis q̄ cōtrariū fortificat. hec est cos ferrū exacuens. hec absinthēū pueros ablactans/ auellēsqꜫ ab vberibꝰ. hec malleus dilatās et extendēs. In tribulatōe inquit p̄s. Dilatasti mihi. hec lima polliēs. mūdās eruginans. clari icās. hec fornax in qua aurū purgatᷓ vt rutilet. hec virga q̄ ꝑcussus eripitᷓ ab inferno vt dicat tribulatus ex snīa. Dn̄e si sic viuitᷓ/ ⁊ in talibus vita spūs mei corripies me ⁊ viuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Et illud. Ingrediatᷓ putredo in ossibus meis/ ⁊ subter me scateat vt requiescā in die tribulationis ⁊ ascendā scꝫ ꝑ cōtemplationē ad populū accinctū nostrū scꝫ summorū ciuiū

Consideratio .10. M

docet de somni ⁊ cibi moderatione varijs vtens exēplis. ꝑcipue tn̄ transmittit ad beatum Hiero. quē lege. ad rusticū Paulinum Furiā. Eustochiū. de seruanda virginitate ad athletam.

Decima industria.

Omnuo ⁊ cibo moderāter indulgē
¶ Aīaduertendū est hic in ꝑmis
indulgētia/ iā dictorū dicēdorūq̧
ꝙ alie sunt institutorū obseruatiōes in in-
cipiētibus ꝯtēplationē. alie in ꝓficiētibus
alie in ꝑfectis/ qui ꝑ cōsuetudinē iā exerci-
tatos hñt sensus qui cū aplo sciunt abun-
dare/ sciūt penuriā pati. Et in omni loco
leuare puras manus. ¶ Secus apud inci
piētes qbus vt fragilioribus appodiacula
querēda sūt/ donec solidior structura sur-
rexerit. ꝓ talibus fuit sermo de locorū vel
temporū obseruatōe. sicut hic de modera-
tione cibi ⁊ somni. Et quidē attēto/ ꝙ in
hoc studio ꝯtemplatōis inchoande/ vehe-
mens ⁊ q̄si iugis labor animi requirit̄/ ac
ꝑinde vitales aīalesq̧ spūs cōsumunt̄ plu-
mi. pluri reꝑatōe ꝑ cibū ⁊ somnū/ vel saltē
crebriori vti necesse est. ¶ Sed grauat ani-
mū inquies. Ligat ⁊ inuiscat abūdās refe-
ctio. Nam gustata carne desipit spiritus.
¶ Abūdantē dicis nos loq̄mur tꝑatā q̄ꝯ
uis abūdās grauāsq̧ ꝑ morula sumptōis
haberi posset tꝑata si ad cōtinuatōis teno
rem inspexeris. ¶ Fuerūt qui ꝓ grā ꝯtem
platōis vel ꝓphetie ꝓmerenda conati sūt
imitari vel helyā vel iohem baptistam vel
Danielē. vel aliquem de patribus egypti/
in abstinētia ⁊ austeritate/ qui nō ꝓpheti-
ci ſ3 fantastici facti. Docuerūt suo exēploꝙ
nō cuiuslibet est volare cū ꝑfectis. quibus
grē quedā plus a posteris admirāde q̄ as-
sequēde ꝯcesse sunt. Qđ si ad debilitatōez
corpis ꝑ ieiunia ⁊ somnia crebriora gemi-
tu latiua suꝑaddat̄/ ⁊ labor animi. spūs vt
diximus vitales ⁊ aīales exhauriēs. Quid
nisi dissolutō breuis aut grauis egritudo
vel fantasie ⁊ cerebri ꝯturbati lesio subseq̄
tur. Nutriat̄ corpus ad auxiliū nō obruat̄
vel crassitudine vel macie. venter q̄3 esuri
ens ⁊ sepe comedēs si Hiero. credit̄ ꝑfert̄
biduanis ieiunijs. ¶ Si quē ergo ꝓfessio
regularis iam ligatū tenet sub aucte ꝑce-
ptoris indiscreti/ qui nec somno quantu3
satis est nec cibo sinit indulgere. Ille inci-
piens ſm meū ꝯsiliū/ tꝑabit a vehementi
meditatōe ⁊ cōtritiōe sit cū lachrymis/ ne
pereat/ ꝓ insipiente vo factus insipiēs. vt
pote lesus in iudicio rōnis. Tali satis fue-
rit/ si ꝯuentū seq̄ possit. si asinū corpis q̄ꝫ
tueri hab3/ nō peius atteriuerit. ¶ Nec
me latet. q2 de somno et cibis illud vni
parū est qđ suꝑabundaret in altero. Ne-
quit idcirco doctrinalis traditio determi-
nare q̄ꝫtitatem illā/ sed expientia ꝓpria et
longa vel discretio humilis/ credens sapi
entiorū consilio/ vel vnctio spūalis edoce-
bit. Plus itaq̧ lederet vt dicunt medici et
theologi indiscretū ieiuniū q̄ eduliū intē
perans. illud quidē sanabile aliud sepe si-
ne remedio/ q̄ꝙ natura paucis cōtenta est
nisi blandiat̄ gula sibi Accipe quoddā in
plantis exemplū siꝯitudinis. Sunt quas
irrigatio ⁊ freqūēs ⁊ multa iuuat. Emar
cescerēt hinc alie. Sunt quibus ad augmē
tum ⁊ fructū ꝓdest plātari secus decursus
aquarū/ aut etiā in limo palustri. petunt
alie montes altos lapidosos ⁊ aridos. vt ꝑ
petuus eis viror decori sit. Sunt quibus
ab initio plantatōis tm̄modo/ ministran-
da est creberrima/ sed paulatiua et tenuis
irroratio: vt adolescāt/ quibus postmodū
rara sufficiet. In alijs ꝑ omne tꝑus exiget̄
continua. ¶ Deniq̧ sicut virtus superior
plus habet virtuositatꝭ ex natura sua/ vel
ex assuefactione bona vel ex altera fortifi-
catione desuꝑ veniente. tanto pōt ipsa fa-
cilius regere vires inferiores ⁊ instrumen
tales licet renitant̄ quodā suo pondere vl'
corruptōe contraria. Sicut hec est sapien-
tis vox. Corpus qđ corrūpit̄ aggrauat anī
mam. Et magis si crapula. si ebrietas. si cu
re huius seculi cōiungunt̄. Quo fit vt spi-
ritus hoīs virtuosi/ qui fortitudinem con
traxerit ex dei munere/ ⁊ longa exercitatōe
nō ita distrahit̄ si corpus ꝓprium fuerit ag
grauatum vel cibis vel curis huius seculi
quēadmodum alterius spūs minus exci-
tatus. cuius oīs rō funditus euerteret̄. aut
nimiū turbaret̄. sicut impitus nauta se cō
fundit si fluctuantibus ꝓcellis senserit na
uim nunc ad celū ascēdere/ nunc descende
re ad abyssos vbi pitus ⁊ exercitatꝰ rector
maneret intrepidus aīoq̧ cōstanti artem
nauigatōis exerceret. Propterea bñ iubet
apls. Qui nō manducat/ manducantē nō
spernat. ⁊ ita de reliquis/ q̄ sicut male ita ⁊
bene ꝓ varietate circūstantiarū fieri con-
tingit intellige.

Consideratio .ii.

docet pijs meditatõibus affectuū generativis silenter insistere. Hecq3 ostēdit ꝓbabili rōne plus valere ꝙ̄ instantiā lectiõis vel collegij. Insup dat modū meditandi cõpatiuū ꝑcipue ex ꝑturbationibus surgētem ⁊ plura alia bona ad hoc opus necessaria manifestat sua industria.

¶ Industria .xj.

m Editatõibus pijs generatiuis affectuū silenter. ¶ Falluntur qui volunt semꝑ vel legere vel orare vocaliter vel deuotõis verba a loquentibus accipe. si putant exinde ɔtēplatiõis gratiā familiarē sibi cõmittere. Accessuro ꝓsunt hec/sed nō sufficiūt. Esto nanq3 cõpungantur interim tales ad lectionē vel sermonē. abstuleris librū/aut verbum. abibit ilico comes cõpūctio. nō aliter ꝙ̄ cū libro aut verbo reuersura. Quāobrem oportet cū silentio ꝑstolari salutare dei/vt cõsuescat hō orare spū/orare ⁊ mente/dum etiā strepitus aut libri deerit intuitus. sit ipsa meditatio silens liber tuus. sit ꝑdicatio. alioquin videat/ne semꝑ discēs nunꝙ̄ ad sapientiā ꝑueniat. ¶ Opponent scio nōnulli quiritātes se nec scire nec posse spm̄ suū ad se colligere cū silētio ⁊ meditatõe. Euolat inquiunt cõtinuo nūc huc nunc illuc se diuidēs/Effluit velociter nisi infra limites lectõis aut sermocinatõis artatus teneatur. Hoc plane est qđ dicimus ꝓpterea secū esse secū cū silentio ɔtinere spm̄. hoc opus hic labor est ad hoc eniti totis affectuū neruis suademus. Sede solitarius, leuās te si potes sup te. qđ si diu multumq3 conatus hec facere nequiueris. noli ꝓpterea cito vel ad lectõis vel ad collocutõis solaciū effugere/illo dūtaxat recto ¶ Atuero tedet te silentij ⁊ factus est tibi grauis ⁊ ꝓpterea hᵒ inutiliter quiescere te iudicas. sed expecta vincat hoc tediū mora ꝑtinax ne cõsuetudo ꝓtinus obrūpendi silentiū/pabulum det fastidio/nō leuamen. Cessabit forsan ad tps/sed redibit acrius/crede mihi tanꝙ̄ canis osse pingui foras pulsus. Et vn̄ ꝓh dolor tanta raritas cõtemplantiū etiā apud lr̄atos/ecclesiasticos ac religiosos, immo theologicos/nisi q2 vix sustinet aliquis secū solus esse/secū diu meditari. Itaq3 priusꝙ̄ vix incepit animus in meditatione sua repetitur aut lectio vel colloquium/aut aliqđ hmōi exercitiū. qđ ⁊ sufficiat ad nō peccandū. ⁊ qđammodo lassitudinē reficiat/ne animus fatigetur frustra/nequaꝙ̄ vt putas frustratur animus. q2 nō obliuiscetur tandē misereri deus/te ꝑseuerāter sic petēte querēte ⁊ pulsante. ¶ Dictū est de silentio. trāseamus nunc ad meditatõesP pias/videamus q̄les sint ad affectᵘ gignēdos efficatiores. Et hoc posse me vniuersaliter diffinire ꝓrsus nego. Nam q̊t capita tot sinie/dicit comicus/non minus tot meditatõnes/nec voto viuitur vno. Nihilominus ex tāto aceruo colligamus aliquas q̄ ad affectū timoris parturiendi iuuāt. ¶ Itaq3 vere diuineq3 dictū est. Initiū sapie hoc est/sapide scie/timor dn̄i. Et q2 timor statim in desperationē rueret vt spem sociemus necesse est. Sic Bern̄. sup cantica. Sic Richardū de. xij. patriarchis Sic Hugonē de virtute orādi/sic ceteros pene oēs videmus inchoasse. Nimirū bn̄placitū est deo sup timētes eu3 ⁊ in eis qui sperant sup miscõia eius. cantātes ei misericordiā ⁊ iudicium. ¶ Obijciet aūt mox aliquis dictū esse supius ꝙ amor est initium radixq3 affectõis cuiuslibet alterius. si nō ꝑcesserit igitu ramor/timor ⁊ spes quō subintrabūt? ¶ Sed alius est amor inhians impfectusq3 de deo. qualem sufficit fides de existētia dei gignere. Et hic antecedit ceteros affectus. immo fidē/quā ꝑterea in certitudine sua figit. de q̊ amore disputauerunt aliqui ꝙ sine ꝑcedenti vel concomitāte cognitõne ferri pōt in bonū, tanꝙ̄ in obiectū primariū obijciens se aīe. sicut in ordine hierarchico prior est seraphin ꝙ̄ cherubin. hoc in libro cuius initiū est vie syon lugent continetur ¶ Alius inuenitur amor feruēs extaticus ac ꝑfectus/qui pōt cõiungere amantē cū amato. Cuius adeptio nō nisi ꝑcedentibus multis affectiõibus alijs venit/dum ꝑus aīa purificatos et sanos habet intimos sensus suos. Hanc purificationē a febrili languore peccati inficiētis/quid magis opatur ꝙ̄ ipse timor dn̄i qui expellit peccatū qui configit carnales affectõēs/qui nihil negligit/qui beatos lu

gentes consolatos reddit. a quo cõcipitur spũs salutis/ q̃s ⁊ alias efficatias scriptura sibi tradit. ¶ Et hic solet timor ingraliter diuidi in timorẽ initialẽ/ mercẽnariũ/ ⁊ fi-lialem. Initialis penã incurrere. mercẽnarius pdere pmiũ. filialis sepationez tũ a dilecto refugit. ¶ Uis audire meditatiõz in timore. Meditabor inquit ille rex vt columba. Meditationẽ columbe qualẽ estimas/ nisi planctũ vel gemitũ/ quem ipse timor inducit? Hinc forte rex alius q̃s dabit mihi inquit pennas sicut colũbe/ ⁊ volabo ⁊ requiescã. ¶ Pedibus timor addit alas inquit alius. Fabricemus igit̃ sub typo colũbe meditatõnes ad timorẽ ⁊ spem comites idoneas et dicamus colũbã hanc mysticã aĩam esse. Ita eñ ipsam noĩare dignat̃ deus in cãticis. hec binis alis/ dextra spei/ ⁊ sinistra timoris/ volat sursum. ⁊ cauda discretõis dirigit̃. Pennas deargẽtatas argẽto sacri eloquij/ fert ala quelibz ad sui cõstitutionẽ numero decẽ/ vt possit meditari has ad timorẽ illas ad spem habilitãs Integrat̃ penna q̃libet ex tot pẽnulis circumpositis. q̃t sub vnaquaqz sumi pñt pticulares meditatões. Utraqz demũ ala/ velut equo libramine sustẽtat hanc colũbã. vt nec ala timoris/ nimis depmat p desperationẽ. nec ala spei sursuz se plus attollat p p̃sumptionẽ ¶ Ponant̃ hic ergo mõ penne ꝑ ala sinistra timoris/ cũ pennulis aliquibus ꝭm oẽm positõis differẽtiã. ¶ Prima pẽna est diuina seueritas huius tot pẽnule q̃t diuine seueritatis exẽpla/ vt casus angelorũ ade ⁊ hoĩm in diluuio interitus sodomorũ/ ⁊ gomorreorũ calamitas. serui ingrati iude deinde crux xp̄i. Iudiciũ seculi vbi pauci electi. ¶ Scḋa/ damnatõis ppetuitas pennule tot q̃t spẽs varie tormentorũ. Ignis. s. inextinguibilis/ vermes/ fetores/ horrores/ clamores/ vlulat⁹ ⁊ fletus/ dentiũ stridores ⁊ frigora. tortoruz multitudo. pessima societas oĩa incõp̄hẽsibilia ⁊ indefessa. Sup oĩa timenda ablatio oĩs spei/ ⁊ carẽtia diuine visionis penalissima. ¶ Tercia peccatorum enormitas pennule tot q̃t pctã cõmissa. cũ circũstantijs aggrauãtibus ea. ¶ Quarta ꝓpria fragilitas pennule tot q̃t picula sunt casuuz futurorũ vsqz ad mortẽ. ¶ Quinta seducens ꝓsperitas. pennule tot quot occasiones peccatorũ in ꝓsperis/ p supbiã atqz luxuriã. ¶ Sexta frangẽs aduersitas/ pennule tot q̃t occasiones impatiẽtie turbatiõis et vindicte. ¶ Septima familiaris hostilitas/ pennule tot q̃t ex carne surgunt illecebrosa tẽptamẽta. ¶ Octaua demonis peruersitas/ pennule tot q̃t demoniorũ fraudes ⁊ laquei. ¶ Nona ad viuos iniquitas/ pennule tot q̃t ingratitudines ⁊ scandala cõtra ꝓximos ⁊ maxime domesticos et bñfactores ⁊ subditos oriũt̃. ¶ Decima ad mortuos crudelitas/ pennule tot q̃t p negligentiã suffragiorũ manẽt in tormentis vel a gloria retardent̃. ¶ Subdit̃ ala spei dextra/ ꝓportionabilit̃ ad timoris pẽnas ⁊ pennulas. ¶ Prima penna diuina miscḋia/ tot pẽnule q̃t diuine miscḋie monumenta/ vt gloria angelorũ/ saluatio ade noe/ loth/ dauid/ petri/ pauli/ latronis/ magdalene/ chananee/ filij prodigi/ adultere. saluãs xp̄s electorũ insup custodia p angelos sanctos. ¶ Scḋa incõp̄hensibilis glia tot pennule q̃t dotes aĩe ⁊ corpis. ¶ Tercia pñie grã. tot pennule quot pñie actus ꝓcedentes ꝓ peccatis. ¶ Quarta sustẽtatio dei continua/ tot pennule quot auxilia dei p virtutes dona p beatitudines per eucharistie sacrm ad hoc efficacissimum/ per pñiam ⁊ sitia. ¶ Quinta cõfortans leticia tot pennule q̃t ex ꝓsperitate humiliter suscepta/ sumunt̃ occasiones bñfaciẽdi ¶ Sexta erudiens tristicia/ tot pennule quot beneficia prestat aduersitas fortiter tolerata. ¶ Septima volũtas libera. tot pẽnule q̃t modis põt ipsa voluntas carnẽ subijcere. ¶ Octaua angelorũ sanctorũqz beniuolẽtia/ tot pẽnule quot modis iuuãt nos sancti. sancteqz oẽs. ¶ Nona viuorũ auxilia tot pẽnule quot modis iuuamus viuos ⁊ iuuamur ab eis. ¶ Decima mortuorũ suffragia/ tot pennule quot modis iuuamus mortuos ⁊ iuuamur ab eis. ¶ Exemplar hoc insecuti studiosi poterũt abundãter exerceri/ q̃tidie in meditatõibus ꝭm deductionem ꝓlixiorẽ habitã sparsim p totum scripture sancte corpus. Poterũt insup ꝓportionabiles alas fabricare. ꝓ alijs affectibus vt ꝓ charitate dei ⁊ ꝓximi ponendo meditatões ad h° ipm inducẽtes. Pro

ↄdio peccati/numerãdo causas ꝑ respectũ ad deũ et ꝓmũ cur odio debeamus hẽc pctm̃/sup quibus oĩbus abundat summa illa de virtutibus ⁊ vicijs q̄ est vtiliter ꝓ sus cõposita. ¶ Et sane meditatões ꝑ timore satꝭ inducũt ad odiũ peccati. sic alie ad dei ꝓximiq; iuuant charitatẽ. ¶ Assume tibi pennas istas diluculo/hoc est vigilanter/mox vt senseris aurorã diuine illustratõis irradiare sup terrã aĩe tue/habitatũq; in extremis maris tanq̃ in littore quodam stabili fluctuantiũ cogitationũ ⁊ estuantiũ desideriorũ. etenim illuc deducet te mirabiliter/nõ industria tua/sed manus dñi/⁊ tenebit te dextera sua. Et dices. forsitan tenebre cõculcabũt me q̄ ad caliginosam aliquã inferiorũ oĩm obliuionẽ ⁊ nox ista in infimis/illuminatio mea in delitijs intelligẽtie supueniẽtis. Caueto ꝓinde ne pennas istas vel infidelitas euellat vel desperatio frangat/vel inertia cõglutinet/vl' auaricia circuliget vel vrat luxuria/vel gula ꝑgrauet.

Consideratio .12.

docet spm̃ auertere a fantasmatib⁹ qđ varijs modis posse fieri oñdit methaphisice insup remittit ad maiores q̄s exẽpli grã introducit in lrã. ¶ Industria. xij.

Spiritũ a fantasmatibus auertere ¶ Oportet nos hic eorũ meminisse/q̄ de quidditate mystice theologie tractauimus. Posuimus itaq; mysticã thologiã esse amorẽ extaticũ qui cõsequit ad intelligentiã purã ipsius spũs/q̄ intelligẽtia caret vtiq; nubib⁹ fantasmatũ ꝓpterea necesse est eũ qui vult mystice theologie se tradere/conari ad hãc intelligentiã purã. Alioquin amorẽ inde sequentẽ qua rõne compararet? ¶ Rursus si apud exercitatos methaphisicos habẽdus hic sermo esset/ꝓficeret meditari/q̄ mõ totus iste mũdus sensibilis ad aĩam rõnalẽ ꝑ sensus corꝑis ingredit. vt circulo quodã intelligibili ac pulcerrimo ipse mũdus deriuatus a deo reducat in eũ. Vñ res ab ipso egrediẽtes q̃to imꝑfectiores distãtioresq; ꝓfluũt/tanto amplius materiales/⁊ q̄dam crassitudine corpulẽtiores inueniũt ꝑspicuũ est in elemẽtis ⁊ mixtis. Videm⁹ etiã in lumine solari q̄ cõtinue plus grossescit vt sic loq̃mur/dũ densiori medio sese miscet. dũq; coloribus qđãmõ semetipm̃ incorꝑat. Fit aũt in recursu ad deũ cõuersa cõditio abeunt quippe magis in spũalitatẽ/exempli grã/lumen cũ colorũ speciebus fert ad oculos. illic spẽs ipse aggregãt et deferunt ad sensum cõem/illeq; diiudicans purius ac spũali⁹. easdẽ ad virtutem imaginatiuã deducit. Ceterũ cũ rõ negociatur circa fantasmata elicit spẽs intelligibiles/quibus etiã cõcipit rem sine illo qđ ꝑfuit/fantasmate. Postremo potẽtia intellectiua supior quã spm̃ vel mentẽ noĩam⁹ post cognitionẽ rationis deducit rem eandem ad lumen pure simpliciſq; intelligẽtie ſm qđ ordinẽ habet immediatũ ad angelicã cognitionẽ. ¶ Amplius vo si diuinũ dyonisiũ edoctũ a cõscio secretorũ celestium paulo placet inspicere vbi de mystica theologia disseruit cũ expositoribus suis/inueniemus eũ tradere modũ auertẽdi se a fantasmatib⁹ corporeis ⁊ abnegatis oĩbus/q̄ vel sentiri vel imaginari vl' intelligi pñt ferat se spũs ꝑ amorẽ in diuinã caliginẽ vbi ineffabiliter/ac supmentalr' cognoscit deus. dat exẽplũ de statuifico sculptore/q̄ ex ligno vel lapide ꝑtes abradens/format agalma pulcerrimũ/hoc est simulacrũ/⁊ hoc quidẽ ꝑ ablationẽ solã. Conformiter spũs remouens oĩa ꝑ abnegationẽ/qualia põt hic cognoscere q̄ vtiq; suam gerunt secum imꝑfectionẽ vel potẽtialitatis vel dependentie/vel priuatõis/vel mutabilitatis: inuenit tandẽ his oĩbus ablatis/agalma dei/hoc est noticiã tanq̃ rei actualissime/sine potẽtialitate. supme/sine depẽdentia. pure/sine priuatiõe. necessarie/sine mutabilitate. ¶ Atuero si noticia illa sit solũ expimĩtali affectu supmo vnito vo ꝑ amorẽ/l' si possit dici itellectual' ñ q̄dẽ intuitiua ſʒ abstractiua seu vespria cognitõe nec ↄnotatiua ↄgnitõe/ſʒ absoluta dignissimũ eẽt ↄsideratõe ⁊ inq̄sitõne. ¶ Nã hʒ ps quelibet suos defensores eleuatissimos ¶ Sũt nẽpe q̄ exponẽtes dyonisiũ ꝑmũ tenet. ¶ Sũt alij dicẽtes hñi posse vltra ꝑdictam expimẽtalẽ vel expimẽtatiuã noticiã intellectiuũ cõceptũ ꝓpriũ/⁊ absolutũ. q̃uis nõ intuitiuũ/diuini eẽ. Si ab eẽ remo

neat̄ ⁊ abstrahat̄/oīs imꝑfectio. Idem de
vita. idē de bonitate. idem de sapīa. idē de
potentia. ⁊ consilibus ꝑfectionalibus p̄di=
catis. vñ sicut facta abstractōe a conceptu
vago huius hoīs visi de situ/motu ⁊ figu=
ra ⁊ ceteris accidentaliū conditionū inuo
lutis/resultat agalma. i. hoīs imago/ſm
grecū. hoc est cōceptus specificus ⁊ absolu
tus hoīs. sic de esse iudicāt/dum fit abstra=
ctio huius qđ est esse a potētialitate. priua
tione. dependētia. ⁊ alia q̄uis imꝑfectiōe:
resultat tunc cōceptus dei ꝓprius ⁊ absolu
tus. ¶ Addunt argumentū q2 deus hoc
esse sibi nomen ꝓprium rn̄dit moysi dicēs
dices inquit/q̄ est/misit me ad vos. ¶ Af
firmant isti sil'e de cōceptu bonitatis sicut
in lege noua rn̄dit xp̄s solus deus bonus
est. flecti vident̄ in hanc sn̄iam Aug. pluri
es/noīatim/in suo octauo de trinitate/vbi
in bonū absolutū docet ferri ⁊ sequax eius
Bonauētura ī suo itinerario sexto. ¶ Sȝ
ecce nescio q̊ pacto dum practicā dare pro
fessus sum mysticā theologiā. relabor rur=
sus ad speculatiuā. sed nō suꝑuacue. Est
quippe tibi necessariū/o aīa q̄ in deū ferre
queris te ꝑ anagogicos excessus vt auerte=
re discas te. ꝑ innatā vim abstractiuam a
fantasmatibus/sicut abstractiua virtus in
ferior in brutis ex speciebus sensatis elicit
insensatas. Scieris q̊ȝ imꝑfectiōes secer=
nere a ꝑfectionibus/vt tandē pure aliquid
ꝑfectū tibi resplendeat in essentia ⁊ bonita
te. ¶ Loquamur tñ ꝓ minus eruditis in
methaphisica seu theologia/⁊ dicamus. si
possumus/q̊ pacto q̄ ve obseruatōnis stu=
dio/poterit se spūs a fantasmatibus auer=
tere dum anagogicos aut suꝑmentales q̄=
rit excessus. Et fortassis hoc poterit fieri si
in omni cognitōe/⁊ meditatōe sua de deo
nequaq̄ͥ sistat hō in cognitiōe. sed aspiret
ꝑ vim affectiuā/quasi cordis ore inhiante
in suā potentiā/⁊ in suā sapiam/in suā bo=
nitatē saporandā/⁊ gustandā/tanq̄ͥ eius/
qui totus est terribilis in consilijs suꝑ fili
os hoīm/ꝑ maiestatē potentie dominātis/
iudicātisq̧. totus magnus ⁊ mirabilis in
sapīa cuius nō est numerus. totus deniq̧
suauis. totus desiderabilis. totus amabi=
lis valde/in bonitate ⁊ torrēte voluptatis
sue. Occurret tibi sic nitenti/sic intēto plu
rima turba fantasmatū. credo equidem ir
ruent importune fantasmata ⁊ irrumpent
in vtrosq̧ oculos tuos interiores. Tu vō
fortiter abijce seorsum ea quātū potes ma=
nu meditatōis ⁊ velut excusso capite spūs
liber euadere labora. aut tu q̄si dissimula=
tis eis spretis ve ꝑge q̊ ꝑgis. ⁊ ꝑ mediū ag=
men illud improbū/alacer erumpe. Sitis
te spūalis extimulet. vt quēadmodū desi=
derat ceruus vndiq̧ canū morsibus patēs
et suꝑcalescens ad gelidos tutosq̧ fontes
aquarū. sic tu labora cōtra impediētia fan
tasmata vt possis et tu dicere. rore sancti
spūs calefactus desiderat aīa mea ad te de
us. Sitiuit aīa mea ad deū fontē viuum/
qñ veniā ⁊ apparebo ante faciē dei. ¶ Sci
to aūt q̄ nisi te prius expurgauerit timoris
lima/ꝑ integerrimā ⁊ nō fictā pn̄iam/nisi
mens insuꝑ elimata peccati scoria. clara re/
fulserit ꝑ reformatōnem in nouitate spūs
ſm duos actus hierarchicos primos qui
sunt purgare ⁊ illuminare/vanum ꝓsus
erit tibi ante lucē surgere. ad hoc ꝑfectōis
culmen. Surgite ꝓinde postq̄ͥ sederitis q̄
manducatis panē doloris in timore scȝ si=
ne quo iustificari nemo pōt/ante deū. Im
probe audes irrumpe in osculū oris/si nec
pedibus cum lachrymis/nec manibus cū
gratiarū actōe prius illud clare curuauer[is]
¶ Atuero dum eousq̧ ꝑuenerit bñ cōscia
mēs ⁊ mūda vt nec gaudia neq̧ aliud oī=
no vel seruile vel mercēnariū anxia recogi=
tet. neq̧ p̄terea de deo quicq̄ͥ negociosum
durū/asperū/vel turbulentum penset sicut
de iudice retributore vel inflictore vindi=
cte. Sed hoc vnicū venerit in mentē/q2 to
tus desiderabil' ē/suauis ⁊ mitis/tot' ama
ri etiā si occiderit dignissimus. dum soluȝ
ita placuit amoris negociū. inuolutū tunc
ad amplexus spōsi. stringe pectus illud di
uinū totis amicicie purissime brachijs. fi=
ge oscula castissima pacis exuperātis oēm
sensum. vt ⁊ dicere subinde possis gratula
bunda ⁊ amorosa deuotōe/dilectus meus
mihi ⁊ ego illi ⁊c. Finis.

Tractatus venerabi

lis mgr̄i Johānis de Gerson de eluci
datione scholastica mystice theologie
sub duodecim cōsideratōibus traditus.

T

v Obis datum est nosse mysteriũ regni celorũ. dicebat iesus discipulis suis. Propter qđ ꝛ i alio loco exultauit in spũ dicens. Confiteor tibi pater rex celi ꝛ terre. qꝛ abscondisti hec a sapiẽtibꝰ ꝛ reuelasti ea puulis. Hec mysteria sunt q̃ loquebaẗ apl's pfectus, et in quibus excedebat deo. q̃ iã tradidit ex reuelatõe sua diuinꝰ dyonisius/in de mystica theologia. ꝛ de diuinis noĩbus pertĩca. vij. vocãs hanc sapiam irrõnalẽ stultã et amentẽ. ¶ Qua sup sapia dudũ opuscula duo scripsimus. Scripserũt ꝛ alij noiatim Hugo de balma in tractatu de triplici via in deũ. vbi determinat finaliter ꝛ ex intentõe, q apex mentis ferẗ in deũ p amorem extaticũ absq̃ p̃uia vel cõcomitante cognitõe. Et hoc est mysticũ ꝛ absconditũ qđ nemo sapientũ seculi capit. Consentire videẗ dñs Bonauentura in itinerario ca. vij. ꝛ vlti. Alioquin p̃terea nõ videtur possibilis vltima industria quã notauimꝰ ibidẽ. Spiñ a fantasmatibus auertere. qꝛ cum necesse sit ſm pħm oẽm intelligentez seu intellectuali opatiõe vtentẽ fantasmata speculari. optet si nõ speculentur q aĩa aliter feraẗ in deum q̃ p intelligentiã vtvideẗ ¶ Presupponẽtes igiẗ oĩa q̃ diuinus Dyonisius cum suis expositoribus super hac theologia tradiderũt ꝛ expti sunt. possumus ad intelligentiã dicti huius Hugonis de balma cõsiderare tres modos/quibus videẗ posse fieri q amor sit absq̃ cognitione. vnus est de amore pure naturali. scđs de amore pure supnaturali. tercius ẽ de amore habituali/vel potius ex habitibꝰ elicito libero ꝛ actuali. ¶ Est insuper triplex actualis cognitio q̃tum sufficit ad p̃sens. quedã recta. quedã reflexa. ꝛ vtraq̃ põt esse vel simplex vel cõplexa. spãlis vel confusa. ¶ Quo circa noteẗ ad elucitationem p̃missorũ numerus duodenarius cõsiderationum.

Consideratio .1.

f Tat amorẽ naturalẽ causari sine p̃uia cognitõne in re q̃ diligit, amat vel appetit. ¶ Patet in hꝰ q in omni re ſm Dyonisiũ inueniẗ amor naturalis. vñ Boetius. O felix hoĩm genus. si vestros aĩos amor quo celũ regitur regat. Non est autẽ in celo materiali sicut nec in rebus alijs aĩa carentibus/cognitio. q̃nis pondere sui amoris impſſo ab intelligentia p̃uia nõ errante/feruntẽ quo ferunẗ/multo verius ꝛ certius/q̃ sagitta moueaẗ ad signũ ex impetu p iaciẽte impſſo.

Consideratio .2.

f Tat hoĩem p amorẽ naturalem nõ liberũ/ferri in deum/ nõ ex actuali cognitõe q̃ talem in ipso causet amorẽ. Sequiẗ ex p̃nti. non eñ minus est amor naturalis in aĩa rõnali q̃ in rebus ceteris aĩa carentibus. immo nõ stat hoĩem esse sine pondere naturalis huius amoris q̊ ferẗ in deũ/etiã si damnetur in inferno. Cousurgit exinde vermis ille seuissimus/quẽ conscie remorsum appellamus. vñ verificaẗ de ꝓpheta; Non ẽ pax impijs dicit dñs. Et illud de dãnatis vermis eorũ nõ moriẗ. Deniq̃ cum peccato nequit ꝓpter hoc esse salus perfecta vel eterna. Hic amor est aduersariꝰ noster ſm legẽ carnis corrupte. cui p dilectionẽ liberã cõsentire nos cõuenit. dum sumus in via si nolumus tradi tortoribus in gehenna.

Consideratio .3.

ꝓ quāto ad charitatē ordinant. Quāobrē
et beatus Athanasius hominū ꝑfectissimi⁹
vnus in libro quē fecit de satisfactōe fuge
Hic est dicebat ip̄e hominū terminus ad
ꝑfectionē ducens. Si qd̄ iubet dn̄s ipse fa
ciam. ¶ Stat igit in hoc puncto radix di=
cendorū / ꝙ charitas ⁊ eius mandata per se
⁊ essentialiter integrant. ꝯstituūt. ⁊ perfici=
unt vitā xp̄ianam. ¶ Ex ꝯclusione infe
ro p̄mo. Sicut p̄cepta dei dant d̄ chari
tate ⁊ oībus virtutibus ⁊ actibus eorū. sic
etiam data sunt de perfectiōe charitatis ⁊
omniū virtutū. ¶ Prima pars patet / qm̄
sm̄ theologicam doctrinam oēs virtutes
ꝓ loco ⁊ tempe sunt in p̄cepto. Cū em̄ vir
tutes necessario cōnexe sint / oportet si vna
sit in p̄cepto ꝙ ⁊ omnes. ¶ In scd̄a parte
volo dicere / ꝙ p̄ceptum charitatis claudit
omnē ⁊ totam beatitudinē tam intensiuā
ꝙ extensiuā dilectiōis ⁊ amoris / quātum=
cunq; ꝑfecta ⁊ intensa fuerit ista latitudo.
⁊ ita de ceteris p̄ceptis imaginandū est q̄
sunt de virtutibus vn̄ loquitur psalmista.
Omnis ꝯsummatiōis. hoc est oīs ⁊ totius
ꝑfectionis / vidi finem. Quid: Latū man=
datum tuū nimis. latitudinē videlicz ni=
miam vel multam / extensiue vsq; ad dile=
ctionem inimicorū ⁊ persequentiū nos. in=
tensiue vt que totam perfectionem gradu
alem claudat dilectionis ⁊ amoris. ¶ Co
rollarium istud ponit exp̄sse beatus Au=
gustinus in libello d̄ perfectōe iusticie vbi
ex introductiōe determinat ꝙ perfectio iu
sticie q̄ est virtus generalis includens oēs
virtutes / est in precepto. Cur em̄ inqt nō
preciperet homini ista perfectio. q̄uis eam
nemo in hac vita habeat: Neq; enim ait
christus recte currit si quo currendum est
nesciatur. Quomō autē sciretur si nullis p̄

ceptis ostēderet. Manifeste colligit̄ istud ex forma precepti charitat̄. Diliges dn̄m deum tuum/ex toto corde tuo/ex tota anima tua/totum autē ⁊ pfectum idem sunt. iij. phicoꝝ. Et de ꝓximo mandatum habemus. Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum. Maiorem autē ⁊ pfectiorem dilectionem mandare nō potuit dn̄s/q̄ ꝙ eū sicut nos diligamus. qui nosmetipos maxime amamus. Quapropter ⁊ ꝓpheta regius loquit̄ dn̄o. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et iteꝝ. Mandasti iusticiam tuam/testimonia tua/⁊ veritatem tuā nimis. Ubi glosa Augustini ⁊ alioꝝ. nimis hoc ē multum/valde ⁊ intense. Imo iuxta aliquas glosas/plusq̄ȝ etiā natura carnis patitur. Unde ⁊ in hoc cōcordant doctores theologici ꝙ soli beati implent preceptum charitatis in sua ꝯsummatiōe vel completione. Nullus autē inuentus est qui diceret/ꝙ ipi sic agentes faciant opus consilij sed p̄cepti/ nō quidem nouiter dati sed a creatione sua signati sup eos. ¶ Infero secundo ꝙ minus sufficiens est imaginatio illoꝝ qui imaginati sūt ꝙ p̄cepta dei ordinantur ad charitatem/ ⁊ alias v̄tutes/sub aliq̄ certa mensura minimo gradu. qd̄ autem est supra illam mensurā vł gradū illū est sub ꝯsilio. Apparet istud minus sufficere. Primo ex statim dictis. Scd̄o ex ipsa forma p̄cepti q̄ totalitatem mandat et pfectionem ⁊ nullum gradum relinqt sub cōsilio. diliges p̄cepit ex totis viribus. q̄ autē totum diligit nihil excludit. ¶ Corollariū autē istud de intentiōe doctoris sancti scd̄a scd̄e. q. clxxxiiij. ar. iij. Et in libello suo de perfectiōe vite spūalis. Preceptum inquit dilectionis nullis terminis coartatur. ita vt recte dici possit/ꝙ tanta dilectio sit in p̄cepto ꝙ nulla excedit limites precepti. imo vnicuiq̄ȝ mandatur vt deum q̄tum possit diligat. Potest ⁊ istud deduci quoniā precepta ⁊ consilia vt infra melius videbitur/ habēt aliam ⁊ aliam materiam/siue aliud ⁊ aliud obiectum. Si enim caderent sup eandem materiam vel idem obiectū/ esset ea confundere. Dilectio autem dei ⁊ proximi est materia circa quam cadit preceptuȝ charitatis. igitur circa ista non est consiliū.

Unde nusq̄ in tota serie scripture sacre reperitur ꝙ aliquis gradus vł mensura aliqua dilectionis dei ⁊ ꝓximi sit in consilio. ¶ Sequitur tercio. Nō modo dilectio que haberi pōt in via/est sub precepto. verūetiam dilectio ipsa beatificata. Istud ex intentione ponit beatus Augustinus ī libro de perfectione iusticie sicut iam allegatum est. Et arguitur istud quoniā mādatum dei eternum est ex tota materia sua dilectio autem beatificata est de ipa materia. ergo non exit limites precepti. Preterea ad dilectionem beatificatam oms obligamur tendere/niti/ ⁊ conari. ḡ illo modo saltem est in precepto. Etiaȝ quia vt dictum est beati qui perfecte et totaliter deuȝ diligunt non faciunt opus consilij sed magis precepti/quoniam maxime obligātur perfecte deum diligere. ¶ Ex quo apparet vltra ꝙ illud quod cadit sub precepto pōt diuersimode impleri absq̄ȝ culpa vel transgressione. Aliter enim diligunt deum viatores. aliter comprehensores. aliter perfecti viri. aliter incipientes. ⁊ aliter proficientes. Et tamen minus peccant imperfecti si nō eque deum diligant velut perfecti iam in charitate firmati et radicati. nec imputat̄ viatoribus ad culpam si nō eo amore vnitiuo deo hereant quo et ipi beati. q̄ꝙ s̄m Augustinū dilectio beatificata sit sub precepto. Licet enim sit sub precepto/non tamē est de necessitate precepti. Neq̄ȝ enim necesse est vt optimo modo diligatur deus. quinimo ad euitandum culpā/sufficit appreciatiue plus eū diligere hoc est ꝙ amor dei omnibus preponatur/sic ꝙ paratus esset homo ante omnem alium amorem dimittere q̄ dei amorē. et hic est vnus mod⁹ perfecte dilectionis nobis possibilis/ et de necessitate precepti. Ulterius ex conclusione sequitur ꝙ si consilia ad perfectionem vite christiane facere dinoscuntur/non tamen essentialiter hominem perficiunt in vita christiana. Prima pars claret ex decursu euangelij. pro secunda arguitur qm̄ plures perfecti fuerunt in vita spūali absq̄ȝ obseruantia consilioꝝ euangelioꝝ/vt de abraam ꝯstat/cui dn̄s ait. Ambula coram me ⁊ esto perfectus/de Iob etiam cui nul

lus similis erat in terra. de ceteris quoq; pa-
triarchis/patribus/⁊ ꝓphetis veteris testa-
menti. quos fuisse ꝑfectos null⁹ negat neq;
tñ seruauerūt aut impleuerūt ꝯsilia euan-
gelica. Itē in statu innocentie fuissent ho-
mines ꝑfectissimi in vita spūali. nec tñ ob
seruassent ꝯsilia euangelica. paupꝫtatis/obe
dientie/⁊ castitatis. sed eoꝝ ꝑfectio fuisset ī
adimpletiōe diuinoꝝ p̄ceptoꝝ. Ex quo pꝫ
q̄ ꝓ tāto ꝯsilia euāgelica ꝑtinere ⁊ facē di-
cunt ad ꝑfectionē vite spūalis. q2 sunt in-
strumenta qdā expedientia ⁊ ꝓmouentia
ad modū ad ꝑfectionē ipsā vite spiritalis
ꝯquirendā/vel iam acquisitā ꝯseruandā.
¶ Sequit̄ ex dictis q̄ ex equo nō intrāt es-
sentialē ꝯstitutionē vite xp̄iane. oportꝫ di-
cere q̄ solū instrumētaliter ad illā faciunt
⁊ ꝯcurrūt/queādmodū in vita corꝑali q̄li
tatiue dispositiōes/instrumenta/organa ⁊
hmōi ꝑficiunt qdā vitā corꝑis. sed instru
mētaliter tm̄modo/accidentalit̄ ꝫm quid
⁊ nullo mō essentialiter. Hoc exp̄sse tenet
sanctus Tho. scd̄a scd̄e. q. clxxxiiij. ar. viij.
hoc in solutiōe p̄me rōnis atq; sequenti
articulo. iiij. vbi q̄rit an liceat ep̄is aliqd
possidere in solutiōe p̄me rōnis. Idem et
q̄stione subsequenti. ar. ij. in corꝑe questio
nis vbi dicit q̄ ad ꝑfectionem vite xp̄iane
essentialiter ꝑtinet ꝑfecta obseruantia p̄ce-
ptorum. Hoc idem ponit. q. clxxxviij. ar.
p̄mo in corpore/vbi q̄rit an habere aliqd
in cōmuni diminuat de ratiōe perfectiōis
Hec eadem determiāt in libello suo de ꝑ-
fectōe vite spiritalis. Sic ⁊ post eū Gode-
fridus de fontibus et alij. ¶ Vlterius. P
infero q̄ paupꝫtas volūtaria quantum
cūq; arta nō perficit hominē essentialit̄ in
vita xp̄iana. Istud exp̄sse determiāt Cas-
sianus in collatiōibus patꝝ collatiōe p̄ma
⁊ allegat sanctus doctor in libr̄. sepe memo
rato. Ieiunia inquit vigilie. nuditas p̄ua-
tio omniū facultatū non perfectio sed per-
fectionis sunt instrumēta. quia nō in ip̄is
constat discipline finis sed per illa perueni
tur ad finē. Ob hoc em̄ ait sāctus doctor
vbi supra hec in religiōibus instituta sūt/
non quia in ip̄is principaliter cōsistat per-
fectio. sed quia his quasi quibusdā instru-
mentis ad perfectōnem venit̄. Hoc idem
ponit scd̄a scd̄e. q. clxxxiiij. ar. iij. in solutio
ne prime rationis. Vnde ⁊ q̄rens in libr̄.
de perfectione vite spiritalis. quomō fuit
abraam perfectus q̄ diuitias habuit et di-
ues mortuus est. Hec inq̄t q̄stio solui non
potest si perfectio vite xp̄iane consisteret in
ip̄a dimissione diuitiarū. Sequeret̄ etenī
abraam diuitem/non eē perfectū aut fuisse
Verum si verba dn̄i diligenter ꝯsiderent̄
non in ip̄a abdicatione diuitiarū perfectō
nem posuit. sed hoc est eē quandā viam et
dispositionem ad perfectiōem sicut ⁊ ipse
modus loq̄ndi clare ostendit. Si vis inq̄t
perfectus eē/vade ⁊ vēde oīa q̄ habes/ ⁊ da
pauperibus/⁊ veni ⁊ seq̄re me. Vltimo po
nit ⁊ seq̄re me. quia in seq̄la christi ꝯsistit ꝑ
fectio. ad quā instrumētaliter/disponit ab-
dicatio diuitiaꝝ. Vn̄ ⁊ illam abdicationē
ordinat ad dilectionem ꝓximi. Da inquit
pauperibus. Quocirca ⁊ beatus Hieroni
mus super illo. Ecce nos reliq̄mus om̄ia
⁊ secuti sumus te. Parum em̄ inquit erat
omnia relinq̄re. qd̄ ⁊ socrates fecit. ⁊ multi
philosophoꝝ. Ideo ⁊ iungit qd̄ perfectū ē
⁊ secuti sumus te. Nō quidem passib⁹ cor
poris sed amoris. Sic ⁊ Origenes super il
lo. Si vis eē perfectus ⁊c̄. Non sic inq̄t in
telligit̄ istud vt in ip̄o tempe quo tradide
rit q̄s bona sua pauperibus/perfectus fiat.
sꝫ quia ex illa die incipit speculatio dei/de-
posito scꝫ onere diuitiarū. quia sic liberius
deo vacare potest eum adducere om̄s vir-
tutes. Videtis q̄ in actibus virtutum po-
nit essentialē ⁊ finalem perfectionem. Sic
igitur potest q̄s possidens amplissimas di
uitias/perfecta caritate deo inherere. ⁊ ip̄is
affluentibus cor non apponere. quemad-
modū constat fuisse de abraam/cuius per-
fectio non ponitur in abdicatione diuitia
rum. sed in hoc q̄ coraꝫ deo ambulauerit.
Ambula coram me/ait ad eum dominus
⁊ esto perfectus. Ambulauit autem perfe-
cte deum diligendo ⁊ amando. ¶ Nec ex
hoc arguere poterit q̄s inutile eēt consiliū
paupertatis/sicut ait sāctus doctor vbi su-
pra. Non em̄ vt ip̄e ait ꝓpter hoc dedit cō
siliū istud quasi diuites perfecti eē nō pos
sint. sed quia faciliter nō perficitur homo
cum possessione diuitiarum. Hoc idē sen-
tit dominus Guilhelmus antisiodorens̄
respondendo ad quoddam argumentuꝫ

cum arguitur. Relinquere omnia ē opus
pfecte charitatis. Hoc inquit sic intelligē-
dum est ꝙ est signū perfecte caritatis/ ⁊ nō
essentialiter pfectio. ¶ Preterea si pauper
tas eēt essentialis perfectio: sequeret̄ ꝙ nul
li diuites possent perfici in vita xp̄iana. ex-
quo non haberent paupertatē/ que fm ad-
uersarium pertinet ad essentialem pfectio-
nem. Falsitas ꝯsequentis ex illo arguitur
Eccī. xxxj. vbi beatus diues ille dr̄ qui in-
uentus est sine macula/ nec sperauit in the-
sauris pecunie. Super quo glosa magna.
Siquidē virtus est diuitem eē ⁊ pfecta ca-
ritate deo figi ⁊ adherere. qui ex affectu di-
uitiaꝝ maculam non ꝯtraxit. qui post auꝝ
ꝯcupiscendo non vadit. nec de diuitijs su-
perbiendo sup alios se extollit. Sequitur.
Quis eñ est hic/ ⁊ laudabimus eum. fecit
eñ mirabilia in vita sua. Vere eñ mirabi
lia facit q in diuitijs affluentibus cor non
apponit. Post que oīa ꝯcludit q ꝓbatus ē
in illo ⁊ perfectus inuentus est. Itē si pau-
pertas volūtaria essentialit̄ faceret ad per-
fectionē vite xp̄iane. sequeret̄ ꝙ possessio
opum ⁊ diuitiaꝝ essentialit̄ impficerēt ho-
minē. ⁊ ita p̄lati papa dn̄s oīm. viri ecclesi-
astici possidētes diuitias/ isti deficerēt a p-
fectione xp̄iana. imo ipsi religiosi qui ꝺ ar
tissima paupertate gloriāt̄. transeūtes ad p̄e
laturas/ in qbus recipiūt amplias diuiti-
as. illi inquā caderēt a pfectōe essentiali vi
te xp̄iane. ⁊ ita nūꝙ deberēt ad p̄laturas il
las trāsire. Porro ꝙ in ipa dimissiōe pecu
niaꝝ seu diuitiaꝝ nō ꝯsistat essentialis pfe
ctio. declarat sāctus doctor ī libello sepe di
cto/ arguēs p exemplū/ ꝙ ipse saluator tra-
dens Math. v. cap. documēta pfectionis
dicebat. Si qs pcusserit te in maxillā p̄be
ei ⁊ alterā. Et q vult tecū in iudicio ꝯten-
dere ⁊ tunicā tollere. dimitte ei ⁊ palliū. Et
quicūqꝫ te angariauerit mille passus. va-
de cū eo et alia duo milia. Manifestū ē ꝙ
viri pfecti nō sp ista actu implent. Alioqn
ipse dn̄s a perfectōe defecisset/ qui pcussus
a seruo pontificis. nō p̄ebuit aliā maxillā
sed dixit. Si male locutus sum. testimoniū
phibe ꝺ malo. Si aūt bene. cur me cedis?
Similiter paulus. qui alapam a sacerdo-
te receperat nō obtulit aliam maxillam. sꝫ
cōstanter dixit. Percutiat te dn̄s paries de

albate. Sic ergo nō est de necessitate essen-
tialis perfectionis/ hoc ope implere. sed suf
ficit vt in p̄paratōne animi habeantur/ vt
ait Augustinus lib. ī. de sermone domini ī
monte. qd̄ ⁊ diuites habere pn̄t. Unde et
viri pfectissimi Athanasius Siluester Hi
larius/ ⁊ alij sancti plures viri pfecti/ opes
⁊ diuitias possederūt. ¶ Deniqꝫ ī statu in-
nocentie fuissent homines perfecti/ ⁊ tamē
fuissent maxime ⁊ vere domini tempaliū/
quibus dicebat̄ a domino. Dominamini
piscib⁹ maris ⁊ volatilib⁹ celi ⁊c̄. ¶ Se
quitur vltra/ ꝙ ieiuniū/ abstinētia/ ine-
die/ vigilie/ nō pertinent essentialiter ad p-
fectionem vite xp̄iane. Hoc ex intentōe te
net Cassianus vbi supra allegat̄ in priori
corollario. Nam ⁊ de dn̄o legimus ꝙ ve-
nit manducans ⁊ bibens. Quāobrem Au
gustinus. x. confessionū. Non ego inqt ti-
meo īmundiciam obsonij. sed īmundiciā
cupiditatis. Hec est eñ q imperfectū facit
non ip̄m obsoniū. Et in libro de doctrina
xp̄iana. Usus inquit talium non est in cul
pa. sed libido. Fieri eñ potest/ vt sine vicio
aliquo voracitatis. p̄ciosissimo cibo sapi-
ens vtatur: insipiens ardentissima gule flā
ma in vilissimū inardescat. Simile dicit̄ ī
libro de questionibus euangelij/ et recitat̄
in decretis. Oportꝫ inquit sapientes filios
intelligere. nō in abstinendo vel mandu-
cando esse iusticiam. sed in equanimitate
tolerandi inopiam. Nam Paulus qui scie
bat abundare ⁊ cum mādu cantibus man-
ducabat. non impficiebat̄ ex hoc. al's nūꝙ
egisset. Qua in re Richardus de sancto vi
ctore in libro de exterminatiōe mali ⁊ pro-
motione boni. Hinc est ait/ ꝙ multos vi-
demus mira abstinentia corpus afflixisse
morbos graues incurrisse et incurabiles.
eosdem ipos post edomitam concupiscen
tiam. post acceptam diuinitus gratiā rigo-
ris pristini frena laxasse. ⁊ corpori suo in ci
bo. potu. somno. vestitu. mlt̄o amplius ꝙ
custodia sanitatis postulasset indulgere.
Constat autem ꝙ loquitur de perfectis vt
pote de illis qui concupiscentiam edomue
rant ⁊ diuinam gratiam receperāt. Unde
⁊ beatus Macharius sūmus ille anacho-
ritarum hominū perfectissimus vnus. de
solitudine veniens ad congregationē fra-

trum ⁊ vinum bibens cum eis/non ex hoc impficiebatur. Qđ si abstinentia a vino es-set essentialis perfectio nūq̄ illam relaxassz ¶ Ceterꝝ si ieiuniū. abstinentia ⁊ cetera essent de essentiali perfectiōe/ sequit̄ q̄ vtentes perfici in vita xp̄iana. imo sequeret̄ q̄ infirmi. debiles qui forte tota vita sua ieiunare non pn̄t. senes ipi in religionib⁹ ⁊ alibi. Isti inquam deficerent qui inedias vigilias abstinentias ferre non pn̄t a pfectione xp̄iana. Qđ quis diceret? ¶ Corollarium istud tenet sanctus doctor scđa scđe. q. clxxxvj. ar. ij. in cor. questionis. ¶ Ex p̄dictis infero q̄ paupertas vigilie. abstinētia. ieiuniū. inedie. nuditas. p̄uatio omniū facultatum non sunt virtutes. Apparet ex p̄dictis qm̄ omnes virtutes sunt de essentia li perfectione vite xp̄iane. Hec autem sūt extra essentialem perfectionem vite xp̄iane vt deductum est. Item si ista eēnt virtutes sequeretur q̄ debiles. infirmi. senes. diuites non possent habere oēs virtutes. cum ipi senes/ ⁊ valitudinarij ieiunare non possint/ ⁊ abstinentiam facere. Et diuites non habent paupertatem/ sic nullam virtutem habere possint. Cum em̄ virtutes sint connexe. ⁊ diuites non habeant paupertatem/ que ſm aduersariū est virtus. et infirmi nō habent abstinentiam. sequit̄ illatū. ¶ Ex quo statim apparet q̄ ista omia p̄dicta ieiuniū. vigilie. paupertas ⁊ huiusmōi. magis sunt quedam volūtarie penalitates q̄ virtutes dicēde. patꝫ ex dictis. Qm̄ si paupertas vel ieiuniū eēnt virtus vel gradus v̄tutis/ tunc eēnt per se laudabiles/ qm̄ virtutes sunt per se bone ⁊ de genere p se laudabiles. Certum est autem q̄ pauptas nō est laudabilis/ nisi ex hoc adiuncto q̄ ē voluntaria. Sic est de ieiunijs ⁊ vigilijs. Vn̄ quemadmodū mors ipa volūtarie ppessa p xp̄o licꝫ sit meritoria. non tamen est virtus anime aut potētie perfectio/ sicut actus vel habitus existens in anima. sed magis ē quedam voluntaria ⁊ meritoria penalitas sic de p̄dictis imaginandū est. ¶ Vlterius infero q̄ habens familiam vxorem R ⁊ liberos potest essentialiter perfici in vita spiritali ⁊ xp̄iana. patꝫ de abraam vt argumentum est. de Iob ⁊ alijs q̄plurimis viris pfectis/ tam veteris q̄ noui testamēti q̄ vxores habuerunt. Secūdo quia tales pn̄t habere om̄s virtutes. Si em̄ daretur instantia maxime eēt de ipsa incōtinentia. Hāc autem habere pn̄t ipsi cōiugati vt expresse determinat Augu. in libꝫ. de bono ꝯiugali. Continētia etem̄ sicut ipe ait non ē virtus corporis sed animi. Nā v̄tutes aliqn̄ latent in habitu. aliqn̄ manifestant̄ in ope omnē autem actum vl' habitū animi quē habent non ꝯiugati/ pn̄t ⁊ ipsi ꝯiuges habere. Sicut em̄ exemplum est beati Augꝰ. vbi supra. Non impar est meritum essentiale fortitudinis vel patientie in Iohāne qui passus non est. et in Petro qui passus est. Habuit em̄ Iohānes virtutes fortitudinis ⁊ patientie eque perfectas/ sicut et pe petrus. Sic ⁊ ꝯsimiliter non est impar meritum essentiale castitatis vel ꝯtinentie in Iohāne qui nuptias expertus nō ē/ ⁊ abraam qui filios genuit. Abraam em̄ castitatem celibatus Iohānis habuit in voto et habitu ⁊ castitatem nuptiaꝝ in vsu qui libenter abstinuisset ab om̄i actu ꝯiugali si dn̄s p̄cepisset. sicut Iohannē legit̄ a nuptiis reuocasse. Qui quidem Iohānes continentiā ostēdit in actu exteriori. ¶ Ex quo sequitur q̄ v̄ginitas ſm illud qđ addit vltra ꝯtinentiam. ⁊ sic sit quidem decor virtutis. non tamen ē virtus nec gradus virtutis. al's ꝯiugati non possent om̄s virtutes habere/ imo quia v̄tutes necessario cōnexe sunt nullam oīno virtutem haberent quibus deesset virginitas. Secundo nulla virtus tollitur nisi per peccatum. virginitas autē absqꝫ pctō perdi pōt vt in actu ꝯiugali. Tercio om̄s virtutes ⁊ actus earꝫ p loco ⁊ tempe sunt in p̄cepto. virginitas aūt nulli seruanda p̄cipitur. Quarto omnis virtus perdita vel amissa p penitentiā pōt reparari. sola virginitas perdita vel amissa nunq̄ reparatur. Ex p̄missis igit̄ apparet quomodo consilia euangelica faciūt ad perfectionem vite spūalis. faciunt enim vt dictum est sicut instrumenta pmouentia vel expedientia vel manuducentia ad illam/ aut sicut remouentia phibens. Quia em̄ ꝯcupiscentia oculoꝝ plurimū impedit ⁊ retardat a perfectiōe habenda. Ideo ad tollendum istud/ dedit dn̄s consiliū paupertatis per quam tolluntur ⁊ abdicantur ea

q̄ extra nos sunt/videlicz tempalia. Quia
ꝑinde ꝯcupiscētia carnis/vim ꝑpedit ad
perfectionem habendam. Ea ꝓpter adhi=
buit dominus consilium castitatis q̄ tol=
leret illud qđ est iuxta nos videlicet vt est
ꝯcupiscētia carnis. Quia deniqꝫ superbia
vite maximo impedimento est ad ipsam ꝑ
fectionem. Datum est idcirco consiliū obe
diencie/qua nosmetipos abnegemus/ po=
nentes ꝓpriam voluntatem in arbitrio al
terius. ¶ Concordat cum istis doctor so=
lennis in questionibus de quolibꝫ dicens.
ꝙ consilia euangelica plus faciunt ad vi=
tam spiritalem negatiue/remouendo ꝓhi
bentia/q̄ꝫ possitiue. ¶ Hoc idem ponit do
ctor sanctus in pluribus locis/dicēs ꝙ cō=
silia ordinantur ad vitam spiritalem/sicut
ad vitam corporis tuendam ordinat̄ me=
dicina ꝑseruatiua/q̄ nō intrat essentialem
ꝯstitutionem viuentis et sine ea potest ha=
beri perfecta ⁊ integra sanitas. Cetera aūt
ꝑcepta alia a charitate faciunt ad vitā spi=
ritalem/sicut cibus vł alimentū ad vitam
corporis. sine autem cibo vł alimento nō ē
vita. imo ⁊ alimentū ꝑ actionē caloris na=
turalis ꝯuertitur in alitū vł cibatū. Sic ḡ
apparet ꝙ quātumcūqꝫ remoueant̄ impe=
dimenta ꝑfectiōis per instrumenta ꝯsilio=
rum. vel quātumcūqꝫ perfecta instrumen
ta habeant̄ ad ꝑfectionem habendā. nūq̄ꝫ
tā dicendus est homo perfectus nisi habe=
at illa que veniūt ⁊ ꝯcurrunt ad essentia=
lem ꝯstitutionem ⁊ perfectionem vite spiri
talis/que sunt obseruantia ꝑceptoꝝ diui=
noꝝ ⁊ exercitium virtutum de q̄bus omi=
bus dant̄ ꝑcepta ⁊ de ꝑfectione eaꝝ. Itaqꝫ
⁊ si consilia euangelica plurimū expediāt
⁊ valeant ad perfectionē vite spiritalis con
quirendam. non tamen necessario requi=
runt̄ ad eā/qm̄ in oī statu sexu. ordine. gra
du perfecti viri inuenti sunt. ¶ Ex qui
bus colligi pōt breuis ⁊ necessaria diffe=
rentia preceptoꝝ ⁊ consilioꝝ quo ad mate=
riam vel obiectū super quo ferunt̄. qm̄ cō=
silia ꝓprie ⁊ maxime respiciunt materiā in
strumentalem/disponentem ad facilius et
breuius acquirendam essentialē vite chri=
stiane perfectionem. Et ideo sunt perfectō
ꝭm quid et accidentaliter. Precepta vero
diuina magis de directo ⁊ imediate/respi=
ciunt illa que essentialiter pertinēt ad vitā
xp̄ianam et spiritale/ sicut sunt virtutes et
actus eaꝝ. ¶ Ex istis infero ꝙ obligatio ꝑ
ceptoꝝ maior ē ⁊ efficatior q̄ꝫ obligatio vo
toꝝ. Probat̄ istud primo comparando vo
tum ⁊ preceptum ad materiā circa quā ca=
dunt. Secundo/comparando ad modū ⁊
vim obligandi. Et tercio/comparādo ad
illa a quibus trahūt rationem sue obliga=
tionis. ¶ Ex prima radice arguitur/quo=
niam precepta diuina sunt ⁊ dantur de il=
lis que per se bona sunt. vtpote de actibus
virtutum/de dilectione dei ⁊ ꝓximi/qui=
bus homo simpliciter bonus dicit̄ in vita
spiritali ⁊ xp̄iana/⁊ in quibus ⁊ stat essen=
tialiter ꝯsistit vita spiritalis ⁊ ꝑfectio ipsi=
us. Vota aūt non sunt đ opibus ꝑceptoꝝ
sed magis de instrumentis ad vitā xp̄ianā
vt de paupertate. abstinentia. vigilijs et hu=
iusmodi/q̄ non sunt ꝑ se bona virtutū sed
magis dispositio ad virtutes. ¶ Ex secun
da radice arguit̄ idem. Qm̄ naturalis ob
ligatio vel vinculū imutabile ⁊ indissolu=
bile/maius est q̄ꝫ voluntariū ⁊ dispensabi=
le. Ad ꝑcepta aūt obligat̄ homo naturali
ter ⁊ indispensabiliter. ¶ Ex tercio medio
ꝓbatur corollarium: qm̄ precepta trahūt
⁊ sortiuntur vim a deo dictante/⁊ natura=
liter inserente in tabulis cordis. Vota aūt
suam imediatam obligationem accipiunt
a voluntate hoīs vouentis qui q̄ꝫtū vult se
ligat ⁊ obligat. ⁊ ꝓ libitu votum suū qua=
lificat. Itē ꝑcepta sunt de necessarijs ad sa=
lutem nō sic aūt vota. Magis aūt obliga
mur ad illa q̄ sunt de necessitate salutis q̄ꝫ
ad ea que sic non necessario requiruntur.
Proinde vota non habent vim obligādi/
nisi ab ip̄is preceptis. Unde tenetur quis
vota sua implere virtute precepti illius iu
ris naturalis/quo iubetur ꝓmissa redde=
re. igitur. ¶ Ulterius infero ꝙ consilia et
obseruātia consiliorum ordinat̄ finalit̄ ad
ꝑcepta ⁊ mādata. hoc ē ad ꝑfectā obseruan
tiam ꝑceptoꝝ ⁊ mandatoꝝ. Sequit̄ ex di=
ctis qm̄ perfectio ꝭm quid ⁊ accidentalis/
ordinatur ad perfectionem simpliciter. cō
silia autem et vota pertinent ad perfectio=
nem ꝭm quid. et precepta ad perfectionem
simpliciter vt dictum est. Etiam quia in=
strumentum est ꝓpter principale agēs. vo=

ta autẽ ⁊ ꝯsilia sunt de materia instrumen tali. Ex quo potest sumi ratio/ ad p̄cedẽs corollarium. qm̄ ad vota et ꝯsilia obligat̃ homo finaliter ꝓpter ip̄a p̄cepta. igit̃ p̄cepta magis obligant/ ꝑ regulam Aresto: p̄mo posterioꝝ. Propter qd̓ vnū qd̓qꝫ tale ⁊ illud magis. ¶ Ex quo apparet ꝙ dum ꝯsilia dicuntur ẽẽ de meliori bono non fit comparatio eoꝝ ad p̄cepta/ sed ad sua contraria. Verbi gratia cum pauptas dr̄ melius bonū/ nō compat̃ pauptas ad opus p̄cepti/ sed ad diuitias. sic ꝙ pauptas melioꝝ est ad ꝑfectionẽ acquirendā vite spiritalis. ꝙ̄ possessio opū ⁊ diuitiaꝝ. Vel ꝓ tanto dicunt̃ ꝯsilia d̓ meliori bono. quia ordinant ad meliorem ⁊ ꝑfectiorem obseruantiam p̄ceptoꝝ ꝙ̄ sit cōmunis obseruantia eoꝝ qui non accipiunt instrumẽta ꝯsilioꝝ ⁊ votoꝝ. ¶ Sequit̃ vltra. Et si pl9 inne reat̃ quis ꝑ opus aliqd̓ factū ex voto/ ꝙ̄ ꝑ illud idem sine voto/ votum tamẽ nō mutat genus aut substantiā opis. Prima pars arguit̃. qm̄ per votum homo dat pl9 deo. scꝫ opus ip̄m ⁊ potentiā. dum facit se nō posse q̄n faciat/ qd̓ prius poterat nō facere. Siue iuxta cōmunẽ metaphorā/ vouens dat fructum et arborem. Alius autẽ qui nō vouit/ solum dat actum vel fructuꝫ sine potentia vel arbore. Maius aūt ẽ dare actum ⁊ potentiam/ fructuꝫ ⁊ arborem. ꝙ̄ solum fructū vel solam arborẽ vel actū. Item quia per votū magis firmat̃ homo in bono. ¶ Secunda pars arguit̃. qm̄ votum nō addit nisi rationem volūtarie obligationis. istud autẽ non mutat genus vl̓ substantiam operis. ¶ Ex quo vlteri9 hoc patet/ ꝙ multa opa sine voto/ ꝑfectiora sūt et meliora. ꝙ̄ aliqua alia ex voto. Probat̃ qm̄ diligere deū ex toto corde/ melius ẽ/ ꝙ̄ aliqua tepida castitas. ⁊ opus martyrij sine voto/ longẽ melius ẽ ꝙ̄ pauptas vel ieiuniū ex voto. ¶ Ex p̄dictis infero/ ꝙ papa in oī voto religiōis dispẽsare pōt. Hoc patꝫ qm̄ in oī emissiōe voti subintelligi dꝫ voluntas p̄ncipis vl̓ sūmi pōtificis. Itẽ si nō pōt dispensare papa in oī voto/ vel hoc ẽẽt q2 votū. ⁊ sic de iure diuino et naturali reddendū est/ vel q2 solennizatū. Nō primū. al̓s in nullo voto papa posset dispensare. qd̓ est absurdū. Et patꝫ ꝯsequentia qm̄ redditio vnius voti non plus est d̓ iure diuino ꝙ̄ redditio alterius. Nec ſm̄ dici potest. quia solennizatio voti est de institutione ecclesie/ ⁊ ita de iure humano. sup̄ qd̓ est papa. ⁊ ita patꝫ ꝙ papa pōt facere de monacho nō monachum. qm̄ sicut arguit de plaude. ẽẽ monachū nō est nisi ẽẽ obligatum ad obseruantiam trium p̄ncipalium votoꝝ. Huiusmodi aūt obligatiōem vel vinculū soluere potest papa/ sicut et legit̃ fecisse de rege vno arragonū quem exire coegit de claustro ad ꝓlem ꝓcreandam et vxorem ducendā. ¶ Ex p̄missis oīb9 sequit̃ ꝙ multi sunt ꝑfecti ⁊ fuerunt in vita sp̄ūali. qui nō sunt in statu perfectiōis. Patꝫ de multis ꝯiugatis. qui sūt et fuerūt perfecti in vita xp̄iana. nec tn̄ habent statū perfectionis qm̄ status ꝯiugalis non dicit̃ status perfectiōis. Consimiliter multi (vt ꝓh dolor ⁊ clare nimiū videre est) sunt in statu ꝑfectionis p̄latiōis vel religiōis/ omniū imꝑfectissimi dissoluti ī vita ⁊ morib9 vt inde dixerit Greg9. in pastorali. Plerū qꝫ ordinem ꝑsonaꝝ ꝑmutauit q̄litas moꝝ. ¶ Unde ꝓ declaratōe ampliori describitur status ꝑfectionis/ ꝙ est modus viuendi/ in quo quis obligat̃ ad ꝑfectionem acquirendā vel exercendā/ siue obligetur ꝑ votum aut p̄lationem vel dignitatẽ. Dixi acquirendā ꝓpter statum religiosoꝝ. Exercendam ꝓpter statum p̄latoꝝ episcopoꝝ ⁊ curatoꝝ. ¶ Infero vltra ꝙ status ꝑfectionis exercende generaliter ꝑfectior est statu illo q̇ ordinat̃ ad ꝑfectiōem acq̄rendā hoc de se notum est. qm̄ exercere opera ꝑfectionis/ dignius ẽ ⁊ ꝑfectius. ꝙ̄ ad illa niti/ tendere ⁊ festinare. Similiter ⁊ status ille perfectior ẽ qui obligat assumentẽ illū ad opa ꝑfectiora exercenda vel acquirenda. ꝙ̄ ille q̇ ad minus perfecta obligat aut exercēda aut ꝯquirenda. ¶ Ulterius sequit̃ ꝙ status ꝑfectissimus in ecclesia militante ẽ status episcopoꝝ. Patꝫ quia obligat ad opera hierarchica ꝑfectissima exercenda q̄ sūt purgare/ illuminare/ ⁊ ꝑficere. Purgare/ arguendo/ corripiendo/ increpando. Argue/ increpa/ obsecra/ monet apl̓s Timotheum quem episcopū ordinauerat. Illuminare autem instruēdo. docēdo. monēdo. Oportet scribit apl̓us episcopū amplectentẽ esse

tum qui ſm ſanam doctrinam eſt fidelem
ſermonem/ vt ſit potēs exhortari in doctri
na ſana/ ꝛ ꝯtradicentes arguere. Quãobrē
ꝛ in ordinatōne epiſcopi petit̃ ab eo: Scis
nouū ꝛ vetus teſtamentū ꝛ reſpondet ſcio
Perficere deniqꝫ hoſtias/ p̄ces/ oratiões/ ſa
cramenta q̄ ſunt vaſa ſanctificatiōis ꝛ gra
tie offerendo. Omnis eñ pontifex vt in=
ſtruit hebreos apl'us/ ex hoibus aſſūptus
ꝓ hoibus ꝯſtituit̃ in his q̄ ſunt ad deum.
vt offerat dona ꝛ ſacrificia ꝓ peccatis. Itē
q2 p̄latus debꝫ animā ſuā ponere ꝓ ſubdi
tis. qđ eſt opus ꝑfectionis maxime Debet
regentibus ſubſidia miniſtrare tempaliuꝫ
bonoꝝ. Si eñ inq̄t Greg⁹. nō dat ſubſtan
tiam ſuā. qñ daturus eſt aiam ſuā? Item
ſm apoſtolū ꝛ diuinū dionyſiū epi ſūt co
opatores dei. Pontificū ordo ait Diony=
ſius p̄mus ꝛ ſublimiſſimus. Et Hugo in
cōmento. Epi ſūt ſublimes ꝛ ſupiores ac
ipi diuinitati magl' appropiquãtes. ¶ Se
quit̃ vlterius ꝙ ſtatus p̄lationis non ideo
dicit̃ ꝑfectiſſimus. quia ꝯuenientior ꝛ apti
or eſt ad ꝑfectionem acquirendam. ſed q̄a
hominē iam ꝑfectum requirit. Patꝫ/ quia
ſtatus eſt ꝑfectionis in alios exercende nō
acquirende. quare hominē ꝑfectiſſimū exi
git ꝛ requirit. ¶ Quo circa accipiam⁹ dif=
ferentiam inter ſtatum ꝑfectionis acquirē=
de/ ꝛ ſtatum ꝑfectionis exercende. que qui
dam differentia a fine ſumēda eſt. Status
nempe ꝑfectionis exercēde intendit bonū
ſuū in alios effundere ꝛ multiplicare. Sta
tus vero perfectiōis acquirēde bonū illud
qđ iam alius diffundit/ intendit/ nititur/ et
feſtinat in ſe acq̄rere. Primus ex abundan
tia in alios redundat. ſecundus in ſe ſtat.
Scđm eñ Areſto. v. eth. Virtus tunc ꝑ=
fecta eſt/ qñ habens eam poteſt ad alterum
vti ꝛ modo ad ſeip̄m. Multi eñ in ꝓprijs
virtute vti p̄nt. qui ad alterū nequnt. Vñ
ſequit̃. ꝛ ſi ſtatus p̄lationis ſit ſtatus per=
fectionis exercende. nō ſic tñ exercende/ qn
etiam ꝛ ſit acquirēde. Patꝫ quia p̄lati nō
ſunt in ſūmo ꝑfectionis/ ſed indies ꝓfici=
unt in gratijs ꝛ virtutibus. Nō ꝙ iam ac
ceperim/ dicit apl'us aut perfectus ſim/ hoc
ē ſic quin amplius perfici poſſim. Sequor
autem ſi quo modo compr̄hendā. ¶ Qua=
re autem plus dicatur ꝑfectionis exercen=

de ꝙ̄ acquirende. ideo eſt quia principali=
ter datur ꝛ inſtituit̃ ex officio et ordine vt
bonum qđ in eo eſt extendat/ deriuet in ali
os ꝛ effundat. ꝛ quaſi ſe neglecto/ alijs non
ſibi viuat. qui nec ſic perfectus eſt quin vl=
terius ꝑfici queat. ſed quia maxime ex par
te iam perfectionis eſt. ſicut perfectus do=
ctor ꝛ clericus dicitur/ quia excellenter ꝑfe
cit in doctrina ꝙ̄ꝙ̄ omni die ꝓficiat in ea.
¶ Ex iſtis infero q2 ſtat⁹ curatoꝝ in or
dine ꝓximus ē ſtatui epiſcopoꝝ. Pꝫ/ q2
eadem opera hierachica eis incumbunt q̄
ꝛ epiſcopis. Et ſi non in tam excellēti gra=
du. Debent eñ ſubditos purgare arguen=
do/ increpando. illuminare docendo et p̄=
dicando. Perficere ſacramēta miniſtrãdo
Tenent̃ ꝛ in caſu ſicut epi animas ꝓ oui=
bus ponere. Vñ et in miſſiōe ſeptuaginta
duoꝝ diſcipuloꝝ/ quibus curati ſuccedūt
ſm theologos ꝛ iuriſtas. quaſi eadem opa
mandauit eis chriſtus/ que ꝛ apoſtolis/ lu=
ce decimo. ¶ Sequit̃ ſtatim ex hoc/ ꝙ ſta=
tus curatoꝝ perfectior eſt ſtatu religioſoꝝ.
Patꝫ quia ꝓximior eſt ſūmo ſtatui epoꝝ/
ergo ꝛc. Q' autem eſt ꝓpinquus ſūmo eſt
perfectius. Secundo quia ſtatus curatoꝝ
eſt ſtatus perfectionis exercende. Religio=
nis vero ſtatus magis ē acquirende. ſm p̄
dicta autem ſtatus perfectionis exercende
perfectio ē ſtatu perfectionis acquirende.
¶ Q2 ſtatus religioſoꝝ ſit perfectionis ac=
quirende/ hoc exp̄ſſe ponit ſanctus doctor
ſcđa ſcđe. q. clxxxvj. arti. p̄mo in ſolutione.
iij. et. iiij. rationū et ar. ij. in corpore q̄ſtio=
nis. Et libello ſuo de perfectione vite ſpiri
tualis. Status inquit religiōis ad perfectio
nem pertinere dicitur ꝓ quãto eſt via ten=
dendi ad perfectionem per quedam exerci
tia regularis obſeruãtie. Unde ꝛ ſcđa ſcđe
in pluribus locis queſtionis eiuſdem. Re=
ligioſus inquit non ꝓfitetur ſe eſſe ꝑfectū/
ſed magis adhibere curam/ operam/ et ſtu
dium ad acquirendam perfectionem/ per
regulares obſeruantias ſue religionis/ quã
aſſumit. ſicut inſtrumenta ad perfectionē.
Et ita ſicut ipſe dicit/ dicitur ſtatus perfe=
ctionis ſolum ex intentione finis perfectio
nis acquirende. Qui autem operatur ad fi
nem. nondum aſſecutus eſt finem. Alio=
quin religioſus ꝓfeſſus vnius diei qui vt

rissime ⁊ ꝓprie est religiosus/ esset iam per-
fectus. ⁊ pueri quattuordecim annoꝝ ꝓfes
si/ dicerētur iam ꝑfecti. qđ qs diceret? Vn̄
⁊ in religionibus licite ⁊ bn̄ recipiunt̄ pue
ri adolescentes/ hoīes indocti/ ⁊ imꝑfectis-
simi vt scꝫ ꝑficiant̄ in religiōe. tales autem
nūꝗ̄ deberent admitti ad curam regendā
Sic igit̄ status curatorū requirit hominē
ꝑfectiorem ꝗ̄ status religionis. Ea ꝓpter
dicebat Augu. ⁊ habet̄. xxj. q. j. c. Proba-
tiores nō nisi ⁊ meliores in clericos hoc est
curatos recipimꝰ. Nō dicit in monachos
vel religiosos ad quem statum: q2 ē status
ꝑfectionis acquirende. om̄s recipi possunt
Preterea ꝭm diuinū dionysiū status prela
toꝝ ꝑfertur statui religiosoꝝ. q2 ē adducti-
uus ⁊ alius in se status. Ipsoꝝ aūt curato
rum ē etiam alios ad deū adducere/ exhor
tando/ instruendo/ ⁊ monendo/ quo sic ad
deum redeāt. Vnde. vj. cap̄. celestis hierar
chie ait ip̄e dionysius. Consūmandꝰ mo-
nachus/ retro sacerdotem stat nō supra ca-
put habens tradita eloquia. Sequit̄ in te-
xtu. Q2 autē neqꝫ supra caput tradita elo-
quia habere dicit̄/ ⁊ astare sacerdoti/ decla-
rat monachicum ordinē non eē alijs prela-
tum. sed in ip̄a stantem singl'ari ⁊ sacra sta-
tione. Vnde ⁊ ab initio institutionis reli
giosoꝝ/ vt ex legendis patruꝫ claret ⁊ appa-
ret. religiosi erant subditi parochialibꝰ cu-
ratis a quibus ⁊ recipiebāt ecclesiastica sa-
cramenta. Postmodū vero ⁊ vagandi tol
leretur occasio. abbates eoꝝ instituti sūt cu
rati eoꝝ. ¶ Item arguitur ad corollariuꝫ/
q̄m curati ordinati sunt ad bonū cōmune
religiosi vero vocant bono priuato/ et sin-
gulari/ ⁊ sacre stationi/ bonū vero cōmune
diuinius ē ⁊ melius bono ꝑuato. ¶ In-
fero vltra ꝙ status curatoꝝ sicut ⁊ ep̄oꝝ
ē de primaria ⁊ ordinaria christi institutio
ne. Patꝫ quia ip̄i discipuli quibꝰ succedūt
curati ꝭm glosas ⁊ canones/ fuerunt ordi-
narij hierarchie/ ⁊ īmediate a xp̄o missi. et
potestatem hierarchisandi acceperunt/ nō
a petro sed a xp̄o. ¶ Sequitur vltra ꝙ cu-
rati parochiales/ non se habent ad ep̄os si
cut baliui vel ꝑpositi ad regem vel princi
pem. Patꝫ q̄m ip̄i curati habent ordinari
am iurisdictionem siue potestatem exercen
di ea que iuris sunt in subditos/ sicut ⁊ di

y

scipuli quibus succedūt. Prepositi autem
⁊ baliui nō habent nisi subdelegatā iuris-
dictionem nō ordinariam. Secundo si cu-
rati nō haberent ordinariam iurisdictionē
plus ꝗ̄ ꝑpositi vel baliui regum ⁊ ꝑncipū
tunc episcopi possent ꝓ libitū ⁊ mere grat̄
eos deponere absqꝫ culpa/ sicut ꝑncipes de
suis ꝑpositis ⁊ baliuis facere pn̄t. Conse-
quens autem falsum ē. quia ꝭm canones/
ecclesiam quam quis iuste adeptus ē. non
nisi ꝓ graui culpa coram ep̄o canonica se-
ueritate amittere debet. Item quia curati
de iure diuino ⁊ cōmuni pn̄t opera hierar
chica exercere/ arguere/ docere/ ꝑdicare/ per
ficere/ sacramenta ministrare. sequit̄ ꝙ sta
tus curatoꝝ non ē facticius/ vel aduentici-
us vel voluntarius. Patꝫ ex quo ꝭm predi
cta ē de primaria xp̄i institutione/ ⁊ ordina
rius status. ¶ Vlterius sequitur/ ꝙ sicut
papa non posset statum episcopoꝝ ab eccle
sia tollere/ sic nec statum curatoꝝ. Patꝫ q2
in suis antecessoribꝰ īmediate a xp̄o missi
sunt. sicut ⁊ ep̄i in ap̄loꝝ missiōe. ¶ Vlti-
mo infero sicut sūmus pōtifex non posset
statum curatoꝝ abolere vel tollere. sic nec a
parochianis omniū curatoꝝ omnē debitā
subiectionē tollere vl' suspendere. ita vt in
nullo eis subijcerent̄. Probatur q̄m scd̄m
dicta/ curati a xp̄o in suis successoribus ac-
ceperūt auctoritatem ⁊ potestatē actiuam.
īmo mandatū ⁊ preceptuꝫ hierarchisandi
subditos suos. ergo xp̄us eodem actu vel
mādato instituit/ ordinauit/ ⁊ precepit/ ꝙ
ip̄i subditi a curatis hierarchisarent̄ et ad
eos venirent. Frustra etem̄ daretur actiua
potestas hierarchisādi nisi ⁊ passiua. Vn̄
sicut arguūt doctores theologi. Xp̄s dan
do ap̄lis potestatem absoluendi. Quoꝝ re
miseritis peccata ⁊c̄. illo eodem actu ⁊ mā
dato obligabat hoīes ad cōfessionē pecca-
toꝝ/ quoniā sine confessiōe nunꝗ̄ absolue
rent. ⁊ frustra dedisset auctoritate absoluē-
di. nisi in subditis correspondēter instituis-
set obligationē ꝑceptiuā ad se submitten
dum eis ꝓ beneficio absolutiōis. Ita in ꝓ
posito imaginandū est. Item q2 ip̄i cura-
ti iure naturali ⁊ diuino obligant̄ curam ⁊
solicitudinem gerere/ ac rationē districtam
reddere de omnibus sibi cōmissis. igitur ip̄i
parochiani eis obligant̄ ⁊ subijciunt̄/ tenent

ꝯsequentia/q2 obligatio debet esse mutua. nec claudicare debet. Itaq3 necessariū est/ si rex vel pricepꝰ teneat subditos tueri/regere/ ꝓtegere ⁊ defendere/ ꝙ correspōdent subditi eis debeāt subiectōnē/ tributum/ ⁊ vectigal/ ⁊ econtra si plebs vel populus debet principi reuerentiā ⁊ tributa. Rex etiā debet eis ꝓtectionē ⁊ defensionē. Nam et ipe sūmus pōtifex ꝓpter magnitudinē obligationis vocat se seruū seruoꝝ. Sic etiā3 opor3 ꝙ oēs ei maxime obligentᷣ. Sic igitᷣ inter curatos ⁊ parochianos ē mutua naturalis ⁊ diuina obligatio/ quam generaliter papa non potest ab omnibus tollere.

¶ Finit.

Tractatus per modum dialogi/ de ꝑfectione cordis a magistro Johāne d̄ Gerson cōpositus. Anno. M.ccccxiij. Theologus loquitur ad animā xpianam.

D Iliges dn̄m deum tuū ex toto corde. Cum hoc tibi ꝑceptum sit o aīa xpiana. tu ad impletionē eius. totu3 cor ꝑpara/ ⁊ vigilantᷣ intende. ¶ Anīa Desidero agnoscere. totalitas cordis in quo ꝯsistit? quoniā tot varis ⁊ ad varia motibus continue spargitur et nunc hac nunc illac celeriter diuiditᷣ. ꝙ vix aut nunꝙ̄ totum in se collectū ferat in vnum. ꝑsertim spūale ⁊ inuisibile quale deus est obiectū. ¶ T Totum sicut dicit Aresto. idem ē qđ perfectū. Perfectum vo dᷣ illud cui nihil deest. Si aūt hec ꝑfectio simpliciᷣ ⁊ absolute ꝯsideretᷣ. solus deus ꝑfectus ⁊ totus ē. q2 solus ē cui simpliciᷣ nihil deest. in quo sc3 omne illud est/ qđ melius est eē ꝙ̄ non eē. ¶ A Hec ita eē nedū fide s3 philosophica ⁊ metaphisica demonstratione cōfiteor. Uerūtamē aliter loqui de totalitate vel ꝑfectiōe/ cogūt hec verba Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo. ¶ T Recte sentis ⁊ dicis o aīa. Propterea totalitas aliqua vel ꝑfectio dᷣ ī creaturis ꝯm qđ vel ꝯtracte. dū vic3 alicui rei nihil deest eoꝝ q̄ sibi competere debēt/ iuxta hanc vel illā ꝯditionem sue speciei vel nature vel gratie supaddite/ Sic enim dᷣ homo perfectus in corpe/ dum nihil corporei deest qđ ad eius integritatem ⁊ compositionem pertineat/ sed membris omnibus plene donatū est. ¶ A Nolo per multa vageris. Dic in ꝓposito. Quid sit cor totū vel perfectum? Non quidem perfectione nature sed moris et gratie. Sic enim littere circūstātia iubet intelligi. ¶ T Triplex solet a magistris. ipsa quā queris totalitas cordis distingui. que sub quadam latitudine vnita/ totalitas dici potest diuersos ꝯm maius ⁊ minus gradus habēs. Unde cor totum seu perfectum dicitᷣ. qđ spūssanctus inhabitat per gratiam gratum facientem. quoniā tali corde sic se habēti nō stat vt aliquid desit eorū que sibi necessaria sūt ad salutem. Jam enim nō in gratia. sed in mortali culpa eēt/ si careret necessarijs ad salutem. ¶ A Diligunt igitur deum ex toto corde. ⁊ istud implent preceptū pueri nouiter baptisati. Dormientes etiam adulti dum sunt in gratia. imo ⁊ vigilantes dū venialiter peccant cor spargētes per varia creaturarum oblectamenta. salua tamē caritate. ¶ T Illi quos dicis/ quēadmodum dicūtur deo placere per fidem sine q̄ impossibile est placere deo dicuntur insup deo placere ⁊ credere. Ita ⁊ dici pn̄t deum ex toto corde diligere. quia et si non actualiter/ tamen ⁊ habitualiter cor habent iunctum deo. Ceteru3 distensio varia cordis per venialia/ cum non auertant a deo/ non expellit cor extra latitudinem totalitatꝭ seu perfectionis de qua loquimur. Habet autem sicut premisimus hec latitudo totalitatis gradus aliquos/ videlicet tres in genere/ quorum gradus modo numeratus est infimus. Alius est supremus in beatis vbi cor fertur actualiter ⁊ assidue ꝯm charitatis motionem in dei dilectionē ⁊ amorem. ita ꝙ nihil est quod retardat/ aut rumpat aut interpollet/ aut impediat huiusmodi continuam cordis in deum lationē. Tercium et hunc medium nominamus gradum/ qui secu3 venialia actualiᷣ amittit. Nec solum perficitur in ipsum cor per charitatis habitū. sed frequenter per actū ꝙ̄tum humane vite huius fragilitas agi sinit. ꝙ̄uis ad beatitudinis finē n̄ attingat ¶ A Placz hec distinctio. S3 ex ipsa cōfestim seq videtᷣ. omnē existentē in gratia

habere statum perfectionis. ¶T. Qua-
re? ¶A. Quia ꝑfecte deum diligit ex to
to corde ⁊ hoc actualit̄ sepe vt adulti. vł so
lū habitualiter vt infātes baptizati. ¶T.
Utiq̄ sic fateri necesse est. qm̄ omnis ta
lis ē in statu salutis eterne/ ⁊ religiōis xp̄ia
ne. qui status merito ꝑfectus habendus ē.
¶A. Quid sibi volūt igit̄ tot de statuū
varietate ⁊ ꝑfectione ꝯquisitiōes? si status
vnicus xp̄iane religiōis sufficiēs sit status
ꝑfectionis. ¶T. Presupposito ꝑ et re-
tento eo vero qđ nūc intulimus. nec aliq̄s
ambigere debꝫ xp̄ianus/ ꝙ ꝑfectio stat⁹ hu
mane vite ꝯsistit in charitate. Multi con-
sequenter conati sūt tradere modos ⁊ me-
dia non in q̄bus essentialiter ꝯsisteret per-
fectio cordis. Iux̄ Cassianū coll'ꝑma. sed
ꝑ que media ꝑfectio talis tanq̄ finis attin
geret̄ cōmodius et augeret̄/ vel roborarēt
efficacius. qm̄ iuxta p̄dicta ꝑfectiōis huius
latitudo/ suscipit ī se mai⁹ atq̄ min⁹. ¶A.
Suꝑflua (ne dicam curiosa) videt̄ esse
de statuū ꝑfectione talis locutio. Itaq̄ nū
quid legislator xp̄c/ qui deus ē/ cuius perfe
cta sunt opa/ ꝑfectā dedit legē. q̄ cōtineret
media cōmodissima retinēdi statū ꝑfectio
nis euangelice ⁊ in magis ac magis profi-
ciendi/ per opa nunc ꝯsilioꝝ. nunc medijs
istis. ⁊ nunc illis/ ꝓ qualitate ꝑsonaꝝ/ tem
poꝝ/ ⁊ locoꝝ/ cū ceteris circūstantijs/ q̄ cre-
berrime variant̄. ¶T. Fuit tempe Cō-
stantieñ. ꝯcilij quidam illic frater ordinis
p̄dicatoꝝ/ asserens nullū esse posse in statu
ꝑfectionis/ nisi tria vota cum ꝓfessione so
lenni suscipet. Examinati doctores theolo
gi obiecerūt de xp̄o qui nō ista vouit. imo
nec ap̄li omnes/ nec discipuli/ nec v̄go ma
ria. Nā in ecclesia p̄mitiua qñ erat ꝑfectio
xp̄iana/ qñ erant eis omnia cōmunia/ qñ
nullus egens erat inter eos. Legit̄ ꝙ vxo-
res habuerūt multi/ sicut ex anania et vxo-
re sua colligit̄ ⁊ de petro ꝯstat. Quid rur-
sus ꝙ hec assertio statui p̄latoꝝ qui dicūt̄
seculares detrahit? quos tria hec vota nō
fecisse ꝯstat. ¶A. Nōne p̄lati om̄s/ imo
⁊ clerici vniuersi in sacris ordinibus cōsti-
tuti votū habēt castitatis. nō qualecunq̄
sed solenne/ quale dirimeret matrimoniū
iam cōtractū. ¶T. Habēt fateor q̄uis
nōnulli taliū vel nesciant vel nō attendāt

Ideo ꝙ nō exp̄sse verbo illud votum/ qđ
facto per ipsam ordinis susceptionē confir
mauerūt. queadmodū nouitius transacto
anno indicat̄ ꝓfessus. vtens vestibus ꝓfes
soꝝ/ nec reclamans v̄bo. ¶A. Ut video
iam non pōt de imꝑfectione status iste cul
pari ex carentia voti castitatis. Sed q̄d de
altaro duplici voto dicet̄? ¶T. Colli
git̄ in p̄mis ꝯ dictū fratrē/ ꝙ votū vnū
pōt fieri non additis alijs ⁊ hoc in seculo.
Colligit̄ deinceps/ ꝙ sacerdos secular̄ hꝫ
statū ꝑfectiōis saltem in hac ꝑpetua subie-
ctione voti castitatis. Colligit̄ tercio ꝙ si
iuramēti vinculū. si p̄terea fides in baptis
mo ꝓmissa nō minus obligāt deo q̄ votū
voluntariū. nihil ꝓhibꝫ sacerdotes hmōi
canonicos collegiatos et reddituatos sta-
tum ꝑfectionis obtinere. ¶A. Expecto
declarationē. ¶T. Siquidem facilis est
Nōne quilibꝫ talium debet obedientiā su
premo abbati xp̄o ⁊ eius vicario supremo
consequenter inferioribus vsq̄ ad decanū
suum. vel alterum īmediate sibi p̄positum
quocūq̄ nomine dignitatis appelletur. sic
vnus sint plures in vnū sicut capitulū. Ec
ce obedientiam ⁊ vt sepe iuramento firma
tam. Iurat omnis d̄ nouo gremio vniuer
sitatis ingrediens rectori suo. ¶A. Ci-
uiliter intelligitur tale iuramentū/ non de
omnibus vniuersaliter/ sed quātum se ptās
ordinaria rectoris extendit. ¶T. Fatē-
dum est plane sic intelligi. Sed nec alit̄ iu-
ramenta vel vota religiosoꝝ suꝑ obedien-
tia plenaria respectu suoꝝ superioꝝ debēt
accipi/ dum videlicꝫ superior iubens regu
le se conformet. Alioquin in multis quili-
bet voto constrictus regularis obseruātie
habere potest et velle et nolle. Isti latius/
isti strictius. Potest quoq̄ iubenti contra
limites regulares. Abbati vł priori cur ita
facis dici. sed ñ passim aut leuit̄ sine gran-
di causa. ¶A. Video quemadmodū
concludere vis obedientiam in secularib⁹
prout in monachis inueniri. Sed quid d̄
voto paupertatis induces? cum seculares
sint proprietarij. sint sub distinctis tectis.
sint ī distinct̄ mēsis. sint emētes ⁊ vēdētes
dātes et mutuātes. ¶T. Videt̄ istud ñ
obstare ꝑfectioni pauꝑtatis. si fuerit apud
tales insitū verācit̄ illud ꝓpheticū. diuitie

ſi affluant nolite coꝛ apponere/vt ſint tali
bus vtentes/quaſi nō vtētes. Qualis erat
paulus/quales apoſtoli quos foꝛtaſſis di=
cit Aug⁹.ideo altiſſimā vouiſſe paupꝫtatē.
ſimiliter ꝺ caſtitate ⁊ obediētie votis.Qꝺ
ſi taliter habere diuitias ſit impꝫfectū. Dic
mihi de tot abbatibus/pꝛioꝛibus/ceteriſqꝫ
plurimis religionū ꝓfeſſoꝛibus quid cen=
ſebit̃:quos cōſtat nec ſub eodem tecto iace
re.nec in eadem mēſa comedere.ſedere cuꝫ
ceteris q̇ vendunt/emunt/diſpenſat/agunt
demū in nullo qꝺ appareat ſecularib⁹ red=
dituatis diſſimile.❡A Grandis poti=
us inuenit̃ adhuc differētia.qm̄ poꝛtio da
ta ſecularibus de cōi dotatiōe totius eccle=
ſie ſue dum diuidit̃ id qꝺ cōe eſt per ſingu
los/cedit in veꝝ dn̄ium cuiuſlibꝫ. Nō ſic
apud religionū ꝓfeſſoꝛes/quoꝝ multis ꝑ=
mittit̃ vſus reꝝ plurimaꝝ/vel ꝓ diſpenſa=
tione in alios//vel ꝓ ſua ſuſtentatiōe.do=
minio ſꝑ apud ſupioꝛes remanente.❡T
Dicū eſcio talia plures eoꝝ/ ſi vero ma=
gna ꝑs alit̃ ſua ſeruat/ipi ꝯſiderent. Neqꝫ
leuiter vel arrogāter ſeculares dijudicent/
q̇ cum ſuo (qualē notāt impꝫfectionis) do
minio/pn̄t vſum modeſtū ne dicam⁹ mo=
deſtioꝛem frugaliter exercere.Cōcludēdū
igitur ad vnū/ꝙ ſolus ſtat⁹ religiōis xp̄ia=
ne ſub abbate xp̄o eſt ſtatus pꝫfectōis/ſicut
ſolus eſt charitatis ⁊ ſalutis ex̃ quem neqꝫ
ſalus ſtat/neqꝫ pꝫfectio. Sunt tn̄ in ſua lati
tudine pꝫfectiōis vie multe.q̄dā plus q̄dā
minus ad compendiū ꝓpinquātes.❡A

A

Quid ſibi blandiūt̃ ergo religionuꝫ
ꝓfeſſoꝛes ⁊ inſtitutoꝛes?❡T Exiſti
mant ꝙ regule ꝑ eos date vel explicate/dū
ſub quadā ꝓfeſſiōe ⁊ obligatiōe retinēt ſu
os ꝓfeſſoꝛes q̊s cōi vocabulo religioſos di
cimus ipſi iā ſtatū ingrediūt̃.non q̇dē pꝫfe
ctiōis iā habite vel exercēde/ſꝫ adipiſcēde.
❡A Ecce iā diuertūt iſti a vera ſignifi=
catiōe huius qꝺ eſt pꝫfectio xp̄iana.dum fa
tent̃ hoīes in religiōis ſtatu poſitos eē nō
ad hmōi pꝫfectiōis exercitiū/qꝺ certe p̄miſ
ſis repugnās eſt. Eſt eteni xp̄ianus oīs in
ſtatu pꝫfectiōis exercēde/dū ſibi vacat ꝓ lo
co ⁊ tp̄e.imo ⁊ hoc etiā ex ꝓmiſſiōe ſeu vo
to ꝓfeſſiōis baptiſmalis.cuſtodiendo obe
dientiā.caſtitatē.⁊ paupꝫtatē iux̃ vocatio=
nem ſuā/⁊ ſi nō ſemꝑ in actuali exhibitiōe
tamen in animi p̄paratione ⁊ habituatiōe
iux̃ ꝑte nūc deducta.❡T Contendere
nō ꝯuenit de noībus/vbi de re conſtiterit.
Rurſus omittēda ē hmōi diſceptatio ſuꝑ
pꝫfectiōe ſtatuū/qm̄ ſapere videt̃ phariſai=
cam gloꝛificationē ꝓ qua compeſcēda ſcri
pſit apl's ſuā ꝓfundiſſimā ad Ro.ep̄lam.
Cōcludēs ſalutē nr̄am eē ex gr̄a dei/vt nō
gloꝛiet̃ ante eū ſtulta p̄ſumptio oīs carnis
Poꝛro q̇ de ſtatus ſui pꝫfectōe gloꝛiat̃. Re
cogitet ꝙ nō in ſtatu pꝫfectiōis eē/ſed pꝫfecte
viuere laudabile ē. Penſet qꝛ quanto gra
dus altioꝛ/tāto caſus grauioꝛ. Terreat il=
lud Augu. Areſtotelico ꝯfoꝛme v̑bo. In
heremo bene viuere ſūma pꝫfectio ē. male
aūt viuere ſūma dānatio. Et iteꝝ/ſicut in=
quit:nō facile inueni melioꝛes/q̃ qui ꝓfe
cerūt in monaſterio.ſic nec eis q̇ defecerūt
deterioꝛes. Utꝝ vero plures in talibus vo
catis pꝫfectiōis ſtatibus ꝓficiāt q̃ deficiāt:
nolo te curioſam eē in inueſtigando nec te
merariā in iudicando.nec ſupꝫbā in ꝯtem
nendo.nec garrulā in diſputando.qꝛ iā in
multoꝝ moꝛibus ꝓchdoloꝛ ⁊ ꝯuerſationi
bus magis q̃ in codicibus ⁊ diſputationi
bus veritas experit̃.q̇ ꝯcludit apte religio
nes hmōi facticias nequaq̃ dare pꝫfectio=
nem ſed frequēter in ꝯ̃rium eius qꝺ inten
derūt nō ſui/ſed abutentiū vicio/vel ex im=
pꝛopoꝛtionatis ſuis moꝛibus vite ſeu viuē
di regulis ſe foꝛtaſſis altioꝛibus miſerabi=
liter dilabunt̃.❡A Fiat mihi ſꝫm con=
ſilium tuū qm̄ quidē in om̄i ſtatu/pꝫfectio
nis homines inuenire contingit/habētes
obedientiam/caſtitatē/⁊ paupertatē in ani
mi ꝓmptitudine/ſꝫm quam in ſeculo dici
pn̄t obedientes. ⁊ in matrimonio caſti. et
in maximis diuitijs pauperes ſpū. Ac ex=
inde perducunt̃ ex his medijs ad augmē=
tum ⁊ perfectionem charitatis ſupꝛa mul=
tos in religione in celibatu/in mendicitate
viuētes.❡T Recte dicis/ſi tn̄ ſolici

B

te tibi p̄caueris ab erroꝛib⁹ Iouiniani
⁊ alioꝝ ſimiliū detrahentiū pꝫfectioni ꝯſili
oꝛum/q̇ ꝯfundere videbant̃ ad vnā equa
litatē ſeu paria merita ꝯiugiū cū virginita
te.eſum carniū cū ieiunio.obedientiam re
gularē cum ſeculari libertate.diuitias cuꝫ
paupꝫtate/vindicationē licitā iniurie ꝓpꝛie
cū indulgētia ⁊ manſuetudine:⁊ ita ꝺ con

v Ides arbitror quēadmodū meditās pōt intellectū suū figere ī recognitiōe boni nō huiꝰ vel illius figurati corpulēti vel colorati. Et ꝯsiter ferꝰ volūtas in dilectionē absolutā pmi ꝛ veri boni qd nō ē bonū p participationē, vt alia oia. sꝫ p essentiā. Poteris ita negociari circa potētiā. circa sapiētiam. circa iusticiā/ ꝛ ita revereri diuinā potētiā. Uerecūdari ad sapiētiā si turpis es. Trepidare ad ꝯsiderationē iusticie si malus es. ¶ Qd si forte qsieris/ an ꝯceptus huiusmodi sint absoluti ꝛ ꝓprij deo. visum ē hactenus mihi ꝙ ita/ saltē de possibili hoc ē ꝙ in via pōt meditās et abstractiuus intellectus formare sibi ꝯceptus absolutos et ꝓprios ꝯueniētes soli deo. Qui dabūt noticiam ꝓpriam ꝛ absolutam sed nullatenꝰ intuitiuam de eo.

Notula. 7.

S s Perta ē nobis ex pdictis via ad intelligendū misticā theologiā/ de q̄ scripsit diuinus dionysius vltra illā q̄ simbolica ꝛ illā q̄ ꝓpria nūcupatꝰ. Procedit itaqꝫ simbolica theologia p silitudines reptas ī rebus attribuēdo deo qcqd videtꝰ esse pfectionis in rebus causatis/ ita vt hoc mō dicatꝰ deꝰ nedū nominabilis. Et hoc mō dixit diuinus Bartholomeus put dionysius refert euāgeliū esse latissimū. sic appellatꝰ deꝰ leo ꝓpt fortitudinē/ lapis ꝓpt durabilitatem/ agnus ꝓpt māsuetudinē. sol ꝓpt illustratōnem. ꝛ ita de reliqs/ q̄ nō fm essentiā sed p solā attributionē ꝛ p analogicā silitudinē de deo loqmur qsi balbutiētes ꝛ palpātes ī vmbra occūbētis luminis vel grē intelligentie nre in nobis. Procedit vō mystica theologia pꝰ abstractionem/ mō veluti opposito ad pcedentē/ qui quicqd ē affirmat d deo/ iste vero prorsus negat de deo omnia. Et ita breuissimum est vt ait idem Bartholomeus euangelium.

Notula. 8.

Xemplū palpabile dat ipse Dionysius. p manuductiōe huius theologie mystice. Cōsidera fabricatorē statuarꝫ: nonne hic format imaginē vel statuā nō addēs qcq̄: sed rescindēs ꝛ remouēs. ex q̄ subtractiōe remanet agalma pulcherrimū/imago pulcra figurata vel sculpta. Sic agit suo mō meditātis animus dū ad hoc ꝯceptu vago ꝯnotatiuo scꝫ hoc ens/ ꝛ illud ens. q̄ cōceptus habet ex rebus exterioribꝰ sensatꝭ/ intra facit abstractionē mō p̄declarato. Remouēdo ab hoc ꝯceptu vago qcq̄d ē impfectionis in entibus cognitis p fātasmata. Et qꝛ nullū ē causatū ens qn sit impfectū/ negat merito oē ens tale a deo: qꝛ diminutum qꝛ dependēs. qꝛ potētiale. qꝛ defectibile. et ita de reliqs impfectiōibꝰ. Qua abstractione facta dici neqt q̄ nihil remaneat cognitū in abstrahentis aīo/ qn potius resultat agalma pulcerrimū/ seu iuxꝫ colorem philosophātiū locutionē/ remanet ꝯceptus entis pfecti/ denudatus ab oī impfectiōe. Et hmōi ſte ꝓprius dei conceptus absolutus. licꝫ nō intuitiuus. de quo dn̄s ad moysen Ego sū q̄ sū. hec dices filijs isrl'. Qui ē/ misit me ad vos. Et hoc mō iuxꝫ verbū ꝓpheticum est vnū nomen dn̄i dei.

Notula. 9.

Concordat his dictū damasceni q̄ hoc nomē ens dicit substātie pelagus infinitū. Demōstrat nobis dn̄s Bonauētura in itinerario suo mētis in deū scd̄o caplo/ q̄ isto mō ens ē ꝓpriū nomē dei. Cōsonāt hebrei q̄ dicūt hoc nomē thetragramaton significare deū absolute. nō p respectū ad creaturas. Qd̄ qualit̄ eēt dicēdū nisi possꝫ hēri ꝯceptus hmōi absolutus nō satis intelligo. ¶ Videt̄ forte talia falsa vel impossibilia nō exercitatis in abstractiōe taliū ꝯceptuū. Nō em̄ videt̄ eis dū intelligūt exēpli grā hoiem/ qn sp intelligāt ipsū cū ꝯfusiōe/ seu vestitu quodā vel circūstātia loci tpis ꝛ alioꝝ accidētiū/ dū nō ꝯcipiūt hoiēꝫ nisi vt ē aīal rōnale. ꝛ ita ꝯcipiūt actū ratiocinatiōis/ ꝯcipiūt etiā animalitatē q̄ non ē ꝓpria soli hoi. Redargutiō aūt taliū hoīm magis faciēda ē monitione/ vt vim sui cordis intellectualis attēdāt/ q̄ studiosa ratiocinatiōe ostēsiōe. Alioqn sic agit̄ cū eis q̄si si ceco alicui. aut nicticoraci/ solis radiꝰ digito mōstratus q̄rat̄ an videat.

Notula. 10.

Superest ex p̄missis dubitatio ꝓpt̄ errorē manicheoꝝ/ q̄s forte decepit recogitatio q̄lem d̄ bono posuimus. Qd̄ si sit aliqd̄ bonū pticipatū. ꝛ erit aliqd̄ essentiale ꝛ primū bonū. Videt̄ itaqꝫ esse sīlis rō d̄ malo. Qd̄ si sit aliqd̄ malū ī rebꝰ creatis. sicut ita esse qs negauerit dabit̄ aliqd̄ malū p̄mū p essentiā. ¶ At vero diuinꝰ diony. ꝛ Augꝰ: differētiā certissimā ꝛ latissimā docuerunt demōstrātes q̄ nihil ē malū positiue in rebus sꝫ tm̄ p̄uatiue. Propterea seq̄t̄ ex ꝯcessiōe mali/ q̄ aliqd̄ sit p̄mū ꝛ nllō mō q̄ sit aliqd̄ p̄mū ꝛ puꝝ malū. Est em̄ impossibile sicut dicit Aresto. q̄ puꝝ malū p se subsisteret. Quia si puꝝ ē. se destruit. Nō habꝫ igit̄ fūdamēti nisi bonū vel ī bono. ¶ Fallit̄ aūt leuit̄ ignarꝰ aut nesciꝰ analogie entꝭ vel huiꝰ vbi ē. Que ponit̄ quadruplex ab Aresto. iiij. metaph. ita vt illud qd̄ nullo mō ē positiue ꝛ ī actu/ esse tn̄ dicat̄. qꝛ vicꝫ ē ī potētia. i. p̄t esse. Vel qꝛ dicit carētiā alicꝰ boni debiti in esse. Nō em̄ seq̄t̄. Malū est p̄uatio boni debiti ī esse. ḡ malū ē actꝰ/ vel aliqd̄ positiuū. Qm̄ ita nihil ē. Quis ḡ mirabit̄ si nō sit aliqd̄ p̄mum ꝛ summū tale malū cum nullū sit pticulare vel infinitū actu tale huiusmodi.

Notula. 11.

Pergamus ꝯn̄ter ostēdere magꝭ ac magis modū q̄ simplificari ꝛ vniri poterit spūale cor meditātis. seclusa fātasiaꝝ mltiplicitate remoto lesiōis imaginatiue v̄tutis piculo Dicūt btūs dionysius. et Aresto. ꝛ alij. q̄ amor habet virtutē vnitiuā. quēadmodū calor omogenea ꝯgregare ꝛ ab ethrogeneis separe habꝫ. Presupponamus igitur ex supioribus. q̄ meditās fabricauerit sibi cōceptum boni potētie. ꝯceptū sapientie. conceptum iusticie. ꝯceptum clemētie. ꝯceptū beniuolētie ꝛ dilectionis. figit istic pedē sinistrum aīe q̄ est intellectus vl' rō. Deinde

pedem alteꝝ dextꝝ/qui est volūtas/ ꝓten-
dat ꝑ amorē talis boni/vel potētie/sapien-
tie/clemētie ⁊c. velut in anteriora se exten-
dens. Hoc ē dicere. ꝙ ⁊ id satagat amare
qḋ cognoscit/conet̄ amare deū sūme ⁊ pri
mū bonū. Hic amor cū nō sit discursiuus
nec vaget̄/sed inhereat amato in se ⁊ ꝓpt̄ se
Ita vt nitat̄ suo mō totus in amatū pene-
trare/⁊ in ip̄m collabi/⁊ vnū cū illo ꝙtum
possibile ē fieri. Fit tūc q̄dā sepatio corpali
um oīm q̄ sūt etherogenea ad spūalitatē cō
parata/⁊ ita remanet vnitio quedā spūali-
um. qualia sūt deus ⁊ aīa corpalia vero fe
ces ⁊ cineres remanent.

Notula. 12.

Vidit ⁊ sensit hāc sepationē spū-
aliū a corpalibus in homīe fieri
posse q̄ dicebat. Verbū dei viuū
⁊ efficax ꝑtingēs vsq̄ ad diuisio
nem spūs ⁊ aīe/cōpagūq̄ ⁊ medullarū ⁊c.
vbi capit̄ aīa ꝓ sensualitate vel animalita
te q̄ corpus includit ⁊ animā. Quāuis vo
aplus tribuat v̇tutē hāc diuisiuā aīe a spū
v̇bo dei/hoc dicit ꝓ tāto si diligat̄ v̇bū dei
ab ipso spū. Qm̄ sola cognitio v̇bi dei spūi
ad hoc nō satis ē. Propterea audi q̄d vlt̄
v̇bi cognitionē/subseq̄nt̄ senserit aīa dello
ta. Aīa mea inq̄t liq̄facta ē/vt dilect⁹ locu-
tus ē. Locutio ⁊ auditio ad ꝯgnitionē. liq̄
factio spectat ad amorē. Qm̄ amor vna cō
paratiōe dr̄ hr̄e acutū nomē ꝓpt̄ desideriū
penetratōnis intime dilecti. Liq̄factionis
v̇o nomē mollius suauiusq̄ ē/affectū spō-
si diligētis accōmodatius satiusq̄ repñtat
Quia liq̄facti natura est nō ꝯtineri termis
ꝓprijs. nec q̄escere/sȝ effluere sꝑ ⁊ dilabi q̄-
usq̄ sistat in alio. Intelligamus silr̄ de liq̄
facto vel emollito spū ꝑ amorē dei/suo mō
ꝙ ī solo deo terminū suū inuenit ⁊ quietē.
Ad cui⁹ exemplar sigillat̄. exemplat̄. trans
format̄. simplificat̄. ⁊ vnit̄. Et ita de reli-
q̄s silibus. Remanet feculentū qḋ ē portio
nis inferioris. ¶ Vñ colligit̄ corollariū vl̄
porisma pulcherrimū ꝙ sicut res dū ema-
nant a deo ⁊ ꝯñt̄ dū se diffundūt. sicut ī so
le ꝯspicim⁹/fit ꝓgressus ad ꝑticulariora ⁊
grossiora q̄ plus hñt materiales ꝯditiones
sic ī reditu ad deū q̄ fit ꝑ hoīeȝ ꝯtēplatiuū
reducēdo sitit[?]dines reꝝ ꝑmo ꝯceptas in
sensibus ad intellectualē ⁊ spūalē puritatē/
fit abstractior et vniuersalior reductio ad
vnitatē ⁊ quādā imaťialtatē. Nā qḋ natū
ē ex spū. spūs ē. ¶ Dixerūt añ nos hec oīa
sācti doctores. Quid em̄ inexpositū reliq̄-
runt? Sed hec iteꝝ meis verbis et ordine
sub paucis cōmemorata sunt.

Notula. 13.

Que aliū docet modū simplificādi cor-
spectantem ad affectum. sicut prior ma-
gis ad intellectum.

Nitamur si forte poterimus in
uenire modū alteꝝ meditatiōis
simplificāde ⁊ a fātasmatib⁹ elō-
gāde q̄ familiarior et ab hoībus
nō exercitat[?] aut eleuat[?] ī phīca disciplina
seu metaphisica captibilior forte fiat. Con
stituam⁹ ī ꝓmis exēplū palpabile cui⁹ erūt
capaces etiā ipi pueruli suo mō. Dicat ali-
q̄s vni puero iā vtēti rōne. q̄ neq̄ p̄rem suū
neq̄ matrē vidit vnq̄. Dicat inquā. Ecce
tu puer p̄rem habes ī regiōe lōginq̄ssima ⁊
potētissimū. sapiētissimū. optimū. gl̄iosis-
simū. Ille ē q̄ te genuit ⁊ fecit. ille ē a q̄ et ꝑ
quē mittūt̄ tibi oīa q̄ habes bona. Hec ve
stes. hec cibaria. h᷑ poma. he nuces ⁊ silia
Nūq̄d n̄ merito habes talē diligē/tūi obe-
dire ⁊ facē q̄cq̄d ip̄e mādauerit? Hoc au-
dito bon⁹ puer monebit̄ affectu nāli ad au
ditū p̄ris nomē. vt ferat̄ ī dilectōȝ ipsi⁹ cū
tñ apud hmōi pueꝝ nō sit alia p̄ris cogni-
tio. ꝙ ea q̄ ꝑ fidem aut narrātis ei ingerit̄
simplicit̄ autoritatē. Hic puer nō ꝯsidera
bit d̄ necessitate p̄rem sub aliq̄b⁹ ꝯditiōib⁹
materialib⁹/vt ꝙ sit alb⁹/niger/puus/ ma-
gnus ⁊c. Vel etiā si ꝯsiderauerit ip̄e ꝓtin⁹
sine multo conamīe se auertere poterit ab
hmōi ꝯsideratiōe/ ⁊ in nomīe seu ꝯgnitōe
hui⁹ qḋ ē p̄r totus de facili intēdere valet te
nerrimo cordis amore/ ꝓut totus nouit in
ei⁹ dilectionē inhiare/suspirare/ ⁊ totū suū
in eū desideriū ꝯuertē. Quidni dixerit sibi
ipsi aut alijs de p̄re sic. Viuat talis bonus
pat̄. Bñdictus in ꝑpetuū ille dilectus p̄r
Bñ sit sꝑ isti p̄ri/q̄ certe mihi ē valde dili-
gēdus. honorādus. reuerēdus. ⁊ p̄ ocul' iu
giter habēdus. Deniq̄ si q̄s ab hmōi q̄sie-
rit. qualis est iste tuus pat̄? Rñdebit vtiq̄
nil aliud. Nescio plus/ nisi ꝙ ip̄e est meus

charissimus pater. ꝓgenitor meus. nutri
tor meus. benefactor meus. ꝓtector meus
⁊ si qua sunt similia. Et hec tñ nouit solū
fide ꝑ auditū/ ⁊ nō intuitiue vel per visum
vel attactum.

Notula. 14.

Existimo ꝙ simili manuductōe
poterit xpianus etiā quiuis ru=
dis ⁊ litterarū ignarus/ induci vt
trāseat in affectū cordis erga do
minū deū suū/ ⁊ ea q̄ sunt diuina ⁊ spūalia
deserendo corpaliū rerū fantasias/ aut super
grediēdo eas quodā quasi transuolatu ge=
neralis meditatiōis ⁊ amoris. ¶ Exempli
ficemus adhuc aliē. Desiderat aliqs sani=
tatē dū egrotat. Nōne pōt hic optare seu
petere medicū/ nō hūc vel illū singulariter
Sicut sitiens appetit vinū ⁊ esuriens cibū
Qđ tñ facit sepe nō ꝑhabita fantasiatione
ad hoc vel illud vinū. aut ad hunc vel illū
cibū. ¶ Applicet meditātis cor similitudi
nes istas ꝓ practica sue meditatiōis/ confe
stim vt offerē aliqđ corporeū oculis sue me
ditationis. Nō quiescat in eis sed suspirā
do. desiderādo. diligēdo. supuolare querat
ad quoddā abstractū/ denudatū/ vnum.
Utatē corpalibus quasi qbusdā scalis ad
tendēdū in spūalia. nō quiescēdo in scala.
Exemplificamus iam đ filio meditāte cir
ca patrē ignotū/ de egrotoqꝫ/ de sitiente/ de
esuriēte/ q suspirāt ad medicū. ad vinum.
ad cibū ignotos/ atqꝫ ad hmōi afficiunē et
desiderāt. Imo etiā si cognouerimꝰ ihesū
xpm ꝓut loquiē apl's/ nō tñ eo mō ſm car
nem nouimus/ sed vt redemptorē ⁊ salua=
torē ⁊ vt dei virtutē ⁊ sapientiā ipsū reco=
gitamus. Qui factus est nobis a deo pie sa
pientia. iusticia. sanctificatio. ⁊ redemptio.

Notula. 14.

Utro iuxē traditionē hāc mo X
tus ē Hugo dicere. Qm̄ ali=
qñ dilectio intrat vbi cognitō fo
ris stat. Non ꝙ amor excludat
omnē cognitionē. sic eñ fieri nō pt vt dili
gaē pͥrsus incognitū. Sꝫ ⁊ ipse amor vt di
cit Gregꝰ. q̄dā cognitio ē. Et q̄lis ꝯgnitio
Certe expimētalis/ ⁊ suo mō ꝓportionabi=
lis/ tactui/ gustui/ vel olfactui/ in sensibilibꝰ

Uñ ꝗuis dicaē ab aliquibus amor esse ce
cus. hoc hꝫ fortassis veritatē loquendo de
cognitiōe lumiosa/ seu declaratiua/ ꝓporti
onabiliē ad visionē oculorū ⁊ auriū. Quia
se māifestare nō pōt/ aut in aliū trāsfūdere
sapor ⁊ dulcor amoris ꝑ expientiam habi=
tus/ ꝓut in p̄cedēti tractatulo de medita=
tiōe scꝫ cordis dicebaē. ¶ Rursus pꝫ ex pri
oribus qd hꝫ rñdere cor simplicis meditā=
tis vel orātis. Si q̄raē ab eodē qd meditā=
do qd orādo cogitet/ qd aspicit aut qd di=
ligit. Recogito. dicere pt patrē meū celestē
benefactorē meū. redemptorē meū. salua=
torē meū. iudicē dñm imo sponsū et ami=
cum meū. Et si ꝑgas vltra reqrere. Quis ē
iste pater tuus? Cuius essentie ē? cuius ꝑ=
fectiōis. cuiusqꝫ ꝯditionis? Rñdeat. In=
comp̄hensibilis ē ⁊ infinitus. Et iō cōpre
hendere ipsū nō laboro. Satis mihi ē ip=
sū ꝓ statu pñtis exilij cognoscere sub eis q̄
memorate sunt rōnibus. qr pater. qr pius.
qr benefactor. amicus. intimus. pulcer. de=
corus. ⁊ totus desiderabilis/ ꝓut sponsa di
xit in canticis. Uñ ⁊ ꝑuer de q̊ ꝑlocuti su=
mus q̄rēti a se qualis ē paē tuus. nūqd par=
uus aut magnus. rubibūdus aut pallidꝰ.
nudus aut vestitus? diceret nescio. nec hᵒ
scire dū in hoc exilio dego/ cōtendo. sciam
abūde cū nūc ad ipius pñtiā venero. Hec
itaqꝫ cognitio sufficit mihi ꝙ diu ipse illic
⁊ ego istic sumus/ vsqꝫ ad tp̄s bñplaciti sui
vt interim sic honorē sibi dilectionē/ obe=
dientiā. reuerētiāqꝫ toto conatu impēdā.
¶ Uiuit ille cui adhuc puerulo/ suadebāt
pij parentes vt si poma. si nuces vel cetera
talia hēe vellet. genua flecteret/ ⁊ illa a dño
deo eleuatis peteē manibꝰ. At uero puero
ita facieti/ ꝓijciebāē hec ab alto loco/ vt po=
ta a camino vel solario/ applaudentibꝰ q̄si
⁊ ꝯgaudētibꝰ puero ipis parētibꝰ ⁊ dicēti=
bus. Uides dilecte fili/ ꝙ bonum est orare
dñm deū/ qui talia ꝯfert orantibus.

Notula. 16.

Ec via videē plana. cōis. regia.
sine ꝑiculis. sine difficultatibus.
sine offendiculis vbi veritatē hꝫ il
lud ꝓuerbiū. Qui ābulat sim=
pliciē/ ambulat ꝯfidēē. Hic euenit vt sim=
plices sine lr̄is rapiāt celū. vbi lr̄ati ⁊ ꝯqui

sitores huius seculi. vbi ꝑscrutatores maiestatis aut inanes remanēt. aut oppmūtꝛ a gloriā. Legimus in ecclastica histo. de q̄dam sācta femīa martyre. noīe (si bene recolo) Blandina/ cū torq̄batꝛ grauitꝛ/ interrogaretꝛ de multis. Hoc vnū solum rn̄debat Xp̄iana sū. Nec ab ea aliud potat extorq̄ri rn̄sum. Utinā sic fieret in oībus nobis meditari volētibus in simplicitate cordis/ ꝯformitꝛ ad aplm̄. q̄ ait. Nihil arbitratus sū me scire int vos/ nisi dn̄m nr̄m ihesū xp̄m ⁊ hūc crucifixū. ¶ Ecce em̄ dum q̄rit aliq̄s meditari in simplicitate cordis/ occurrūt vel naturales fantasie/ vel diabolice illusiōes/ q̄rētes q̄s ⁊ vbi ē deus tuus? Audi ꝓphetā similibus impeditū q̄stiōibus. Exprobrauerūt mihi q̄ tribulāt me inimici mei. dū dicūt mihi ꝑ singulos dies vbi est deus tuus. Audi quoq̄ q̄d rn̄deat/ vt ⁊ tu possis rn̄dere similitꝛ. Nā postq̄ dixit propheta. Quare tristis es anīa mea ⁊c̄. ꝯn̄ter rn̄dēdo ait. Salutare vultus mei de⁹ me⁹. Hoc ē deus meus ē salutare/ aut saluator mei vultus q̄ duplex scꝫ gratie ⁊ glorie existit. quasi dicere vellet. Deus meus ē mihi sumē gratie/ ⁊ glorie/ ⁊ om̄e bonū. q̄ si amplius curiose magis q̄ fructuose. importunate cogitatō interrogare ꝑstiterit/ expellat eā ⁊ fuget meditatio tua flabello et manu simplicitatis. ⁊ humilitatis/ auertendo ab ea ⁊ nihilipendēdo tali rn̄so breui/ sed efficaci. Ipē ē deus meus/ dn̄s meus/ ⁊ pr̄ me⁹ qui possedit me ⁊ fecit ⁊ creauit me. Quid vis vltra?

Notula. 17.

l Audatꝛ in scriptura sacra et a doctoribus simplicitas vera q̄ plicam nō habꝫ dolositatꝭ falsitatis aut curiositatis. Sic Job simplex fuisse memoratꝛ. nō simplicitate q̄ opponitꝛ ꝑspicacitati intellectus/ sed q̄ cōtraria ē dolositati affectus. Sicut ⁊ sapiēs ait de deo q̄ cū simplicibus graditꝛ ⁊ cum ipsis ē sermocionatio eius. Sicq̄ faciebat ꝓpheta loquēs ad dn̄m in sācta simplicitate. Ut iumentū inq̄t factus sū apud te. Felix q̄ talitꝛ simplex ⁊ tale iumentū ēē meruit/ si tn̄ in via dn̄i. Nā fortitudo simplicis via dn̄i. Hec simplicitas. dū diuersitatem

hominū in naturalibus/ moribus/ ꝯsuetudinibus/ statibus ⁊c̄. recogito/ videtꝛ precipue locū hr̄e apud ꝯstitutos in officijs religionū/ ꝓpter cōmunē ꝯgregatiōis vtilitatem ex obediētia/ necnō illos coiter om̄s q̄ laborāt in vita actiua ⁊ multis curis solicitudinibus ⁊ occupationibus ꝑgrauantꝛ ex charitate alioꝝ saluti intendētes. Talib⁹ quippe nō ꝯceditꝛ ocium vacādi subtilioribus inquisitiōib⁹ catholice legis/ neq̄ suppetit virtus/ facultas/ locus/ tp̄us ⁊c̄. ad recolligendū se in vnitatē hmōi que docetꝛ a philosophis ꝑ abstractiōes mētales scholasticas. Idē videtꝛ sentiendum de maxima pte eoꝝ q̄ deo sub regulari in religionibus militāt disciplina/ quos coiter fatigat nō modicū multiplicitas/ ꝓlixitas/ ⁊ continuitas diurni pariter ⁊ nocturni. Additur abstinētie austeritas/ crebꝛ ieiuniū. lōge vigilie. mala quies. labor assiduus/ superioꝝ obiurgatio. pariū indignatio. et pene totius vite vna ⁊ iugis temptatio et vexatio. Clarum erit pie ꝯsiderāti q̄ hec oīa nō ꝑmittunt saltē vt frequēter humanam infirmitatē se libere et expedite transferre ī meditatiōibus suis ad hmōi quales ꝑnotauim⁹ philosophicas abstractiones. Pn̄t nihilominus hi tales aut aliqui ex singulari dei gr̄a ꝑuenti ⁊ adiuti/ de quo minime dubitauerim/ qn̄q̄ ascēdere sublimi⁹ atq̄ securius deducente eos sup excelsa ipō victore deo ī psalmis canētes/ q̄ plures alij/ ꝑsertim phisica/ q̄tidie scrutātes vtinam nō magis curiose q̄ fructuose/ scrutinia.

Notula. 18.

d Icamus adhuc aliq̄d d̄ hoc meditatiōis mō/ q̄ solet a corꝑalib⁹ incipe/ ⁊ ea sibi substernere/ sꝫ saluberrimū ⁊ ꝑ necessariū ꝯsiliū est in eisdē nō sistere nec pedē figere. Alioqn vt frenesim vel turpissima incurret desideria ipē meditās. Assignem⁹ hoꝝ rōnē. Cōstat plane vtutē oēm q̄ corporeis vtitꝛ organis/ fatigationē ⁊ qn̄q̄ totalē ī opatōe sua si nimis ꝯtinuetꝛ defectionē pati. Constat insup ex hoc cogitatonē oēm ꝑicularē q̄ nimis ⁊ plus debito ꝓfūdatꝛ in imaginatiua vel estimatiua vtute. lesionē inferre sic fantasianti. ita vt non maneat dn̄s sui.

neq̧ liber ad expellendā hmōi cogitatio-
nē. Patz hoc in oī passiōe radicata. potis-
simū tñ in amore ꝓut videri pōt in philo
capitis/ q̄ quasi nihil differūt a maniacis ⁊
insanientibus. Uiuit adhuc q̄dā iuuenis. q̄
suā talit̄ fixit in vnius amore mulier̄ fan-
tasiā/ ꝙ in ripa cuiusdā extñs fluminis existi-
mabat se illā corpalit̄ videre ī altera eiusdē
fluminis ripa. vñ satagebat natādo veni-
re ad eādē. Sz forti verbere adhibito sana-
tus ē. ⁊ fantasticā deceptionē intellexit. Ui-
uit quoq̧ q̄ alit̄ ⁊ castius exercēs semetipm
in legēdis meditatiōib⁹ Anshelmi ⁊ eas ī
affectū trahēdo/ ad hoc deuenit ꝓpt̄ indi-
scretū laborē hmōi/ vt solus aspect⁹ libri in
quo ꝯtinebant̄ scripti sibi cuz nausea post
causaret horrorē/ pariter ⁊ timorē/ capitisq̧
vertiginem.

Notula. 19.

Egi pndē libꝫ quēdā quē vir-
go certe deuota cōposuisse dice-
bat̄. De cui⁹ dictis memori mē-
te hoc vnū diligēt̄ retinui et no-
taui. qm̄ id p multa exptus/ dictū rectissi-
me cautissimeq̧ repperi. Nihil est inquit
magis mihi suspectū ꝙ̄ amor/ etiā circa de-
um. Posui hoc in lectiōe quadam edita p
modū tractatuli de ꝓbatiōe veraꝝ reuela-
tionū typo numismatis. Est eñ passionū
oīm vehemētissima dilectio/ q̄propter sp
eget discretōis freno. Uiuit mulier q̄ casti-
tatē cū viro ꝓprio/ miro (nec aperiēdo) ri-
goris tenore seruabat. Hec nihilominus
amori spūali se dans aut dare putans. car-
nale (nescio q̄d) aut fedū pati se fatebatur
in corpe. Que rursus vt alie plures sub ve-
lamine deuotiōis (q̄le deuotiōis velamen
magis ꝙ̄ ipsā deuotionē nōnūꝙ̄ muliercu-
las ⁊ viros muliebrit̄ cōplexionatos/ l' hr̄e
vel retinere q̄s nesciat nō esse difficillimū)
ad psonas aliq̄s de sāctitate famatas ꝓla-
psa. nūc ad hāc. nūc ad illā diligēdas furo-
re ducebat̄ magis ꝙ̄ amore/ ita vt sui com-
pos nō fieret/ nec vllis arceri monit̄ poss̄z
ad moderationē in amore tenēduz/ ꝙ nisi
fortiores ⁊ v̄tuosiores ī amore cōpescēdo
fuissēt illi q̄s amabat viri. ꝓfecto credēdū
res ipsa in pessimū exitū nedum corā deo:
sed etiam hominibus vertisset.

Notula. 20.

Ed ad q̄d fit istoꝝ cōmemora-
tio: Nimiꝝ vt suadeamus/ ⁊ in-
culcem⁹ ꝙ̄tū fas nobis ē/ ne me-
ditātis animus det se/ sz accom-
modet/ iux̄ v̄bū Senece rebus corpalibus
ꝯsiderādis. hoc ē dicere ꝙ ꝓtinus euolare
studeat ad meditationes vniuersales q̄les
pnotauim⁹. Qm̄ ita vitabit̄ lesiōis v̄tutis
fātastice piculū. ita q̄z fiet illd̄. Oculi mei
sp ad dñm. Et ꝯñter illd̄. Qm̄ ipse euellet
de laq̄o pedes meos. ¶ Occurrit fabula d̄
vulpe ⁊ murilego. Quesiuit vulpis. Quot
modos ⁊ circūitus sciret ꝯ caninos insult⁹
Rñdit murilegus. tm̄ vnicū. Uach inq̄t
vulpis. Ego mille noui ⁊ habeo talib⁹ sac-
cū plenū. Euenit iterloquēdū multitudo
canū venātiū. Murileg⁹ vt audiuit latra-
tus canū ꝯfesti exilijt ī arborē sursū. Uul-
pis v̄o infra fatigabūda velox pgebat circū-
eundo. Tādē cū fatigata deficēt p lassitu-
dine ⁊ canū morsib⁹ pateret/ improperauit
murileg⁹ vulpi suos mltos circūit⁹/ atq̧ de-
risit dicēs pl⁹ sibi ꝓfuisse suū vnicū ī arbo-
rē saltū/ ꝙ̄ ei oēs sui multiplices circūitus.

Notula. 21.

Efert seneca sil'e aliqd̄ dictū ab
altero alteri pħoꝝ. qm̄ pl⁹ pficit
vnum morale pceptū si vsu ꝯti-
nuo ī illo te exercuer̄/ ꝙ̄ mlta si
neglexer̄ vsū. Exēplū de luctatore. ¶ Ap-
plicem⁹ h' ad ꝓpositū ⁊ dicam⁹ ꝙ h vs⁹ hec
exercitatio meditāt̄ eē dz vt assidue discat
ad oēm corpal' rei intuitū/ leuare sursū cor
suū/ velut ī vniuersalē q̄ndā recogitationē
d̄ diuine bonitatis. d̄ine sapīe ⁊ ptātis. ⁊ ita de
silibus/ iux̄ sensatoꝝ exterius vel interius
qualitatē/ qm̄ laquei ⁊ rhetia sūt ī infimis.
Quid mirādū si spūs instar auis dum in-
sidet morans in eis capiat̄ ⁊ irretiat̄/ sed si
mox euolet securus erit.

Notula. 22.

Uit hoc stoicoꝝ (quorū seneca
nō infimus fuit) institutuz/ vt
mens virili aliqua et forti cogi-
tatione animum stabiliret/ que
valeret ad virtutem. Citius esset vagari

ꝑ multa dum casta sit ⁊ ordinata vagatio. Hec autē cogitatio vel rectius meditatio versabat̄ apud eos circa fictū quoddā virtutis simulacꝝ/ qđ honestū vocabāt vł honestatē dū sua vi nos trahit ⁊ allicit/ nec ꝓpter aliud q̄ri hʒ. At vero diuinius actum ē nobiscū/ q̄ verā ⁊ solidā v̓tutis ⁊ felicitatis rē tenemus nō solū imaginē/ q̄ res non sola rōne nobis/ sed fide certa ꝓponitur tenenda/ querēda meditandaqȝ iugit̄. Manuducunt tn̄ nos odia ad hocipsū/ si non abutimur/ si nō signis/ nutibus/ ⁊ vmbris inhesērimus relicta veritate. Esset em̄ hoc vtiqȝ hoīs insipiētis ⁊ stolidi. ¶ Dicimus hoc ad inculcādū magis ⁊ magis recessuꝫ a corporaliū ꝯsideratiōe diutina nimis et fixa. qm̄ si eis omnibus laquei sūt. decipule sunt/ pericula sūt/ pedibus (iux̄ sententiam sapiētis) insipientiū. Dicet aliqs ꝓhibes igit̄ fieri imagines aut intueri. prohibeas ꝯsequenter necesse est ⁊ litteras/ ⁊ ita qđ reliquū erit meditantibus. Rn̄demus q̄ imaginū nec vsus nec intuitus ꝓhibet̄ sed talis inhesio q̄ meditantis cor ne sursū ferat̄ quasi circūligatū funib⁹ aut inuiscatum detinet. Supuolare igit̄ freq̄nt̄ nitat̄ etiā si recidere crebro cogat̄.

Notula. 23.

Xtimescimus in nr̄o multiloqo causare cuiq̄ fastidiū/ nibilominus q̄r solet inexercitat̄ ad qualesē sermo p̄sens/ ꝓficere ꝑticularis exemplificatio. Subiūgamus exemplū hoc vnū de plurimis. Et qm̄ dicēte sapiente. Initiū sapiētie timor dn̄i. De timore dn̄i ꝯstituamus ante meditationis nr̄e oculos. exemplū illud celebre a quo cepisse dicit̄ ordo carthusien̄. Mortuus ē quidā magne reputatiōis magister apud scholasticos. Parabant̄ exequie in tēplo. Venit vox. Iusto dei iudicio accusatus sū. Dilata ē sepultura in diem alterū. Tūc audita ē vox. Iusto dei iudicio iudicatus sū. Tercia die in quā dilatio sepulture iterū facta extitit/ insonuit vox. Iusto dei iudicio cōdemnatus sū. Ecce in his ē positū corā meditātis oculis iudicij tremēdi. accusatiōis iudicatiōis. ⁊ ꝯdemnatiōis spectaculum. Hec itaqȝ materialia ⁊ similia videri p̄nt quotidie apud vtrūqȝ forꝝ/ ecclesiasticū scȝ et ciuile. Que cor meditantis pōt spiritualiter quasi quotidie intra se practicare/ vt se ad diuinū timorē sic excitet. Attamē int̄ hec ad sedē misericordie q̄ teste beato Jacobo supexaltat iudiciū tremebūdus et fiducia nō destitutus appellet. dūmqȝ miserendi tp̄s est. toto illi cordis affectu se submittat. Sic predictū de mēdicitate spūali scripsimus in vulgari quatinus exēplo mēdicoꝝ manuduceremur elemosynas spūales querere multo magis. seduloqȝ affectu mētis. Sic in sensu litterali psalmoꝝ Dauid ex se docuit. Sic pia quedā mulier dolorem de ꝑditione filioꝝ/ retorq̄bat sup aīe sue/ suisqȝ/ ⁊ alioꝝ spūalibus angustijs cogitandū/ ac ita ꝓuide ⁊ salubriter cōuertebat tristiciā tempalem in spūalem. ⁊ ex cōsequenti in leticiā. Siquidem veꝝ est beatos eē sic lugentes. qm̄ ipsi consolabuntur. Nolumus tn̄ in his similitudinibus corporeis figi. sed ad spūalia considerāda sine loco/ sine situ/ sine colore/ sineqȝ figura/ continuo meditatiōe cordis reflecti.

Notula. 24.

Explicauerim⁹ ⁊ si nō/ vt voluimus. tn̄ vtrūqȝ ꝓut valuimus/ licȝ nō satis/ modū simplificandi cor in meditatiōb⁹. Sȝ an satis expleuerimus iudicet cui placet. Sȝ et imꝑfectū nostꝝ suppleat deus q̄ solus sensū aperit vt intelligāt̄ scripture nedū q̄ in libris. sed etiā q̄ in vniuersis creaturis ꝑ varia descripte sūt exēpla/ quatin⁹ ad dei legātur honorē. nr̄am edificationē. ⁊ ꝓ ꝯsecutione felicitatis et̄ne. ¶ Porro quicqđ hic edoctū videt̄ sup simplificatōe cordis traduci poterit facilit̄ ad cordis stabilitiōem de qua dicit apostolus. Bonū ē gratia stabilire cor/ dū docet̄ cor vel stare in deo/ vel nō elongari diutius ab eo. vt sic ibi nostra fixa sint corda vbi vera sunt gaudia. Trahi similiter potest ad cordis mundificationem. De qua Dauid. Cor mundū crea in me deus. Que mūdificatio fit cū ipsuȝ cor a multis/ ⁊ p̄cipue cum (licȝ difficillime) a fantasmatū corporaliū ꝯtagio/ visco vmbra/ seu fuligine/ assuescit separi. ¶ Posset deniqȝ sub simplificatōe cordis/ introduci

directio vel rectitudo cordis. Sed erit ſuꝑ hac re ꝑticularis dn̄o volente deciſio. De q̄ rectitudine eſt illa pſal. exclamatio. Quã bonꝰ iſrl' deꝰ. his q̄ recto ſunt corde. Et iterū. Cōfitebor tibi ī directōe cordis. Finit.

Carmen de ſimplificatione cordis.

Uis vex liber cognoſcere ſimplificet
Cor ſurſum remeans/infima deſpiciat
Materie trahit infectas res cōditiones
Quo magis a ſummo/diſtat origo ſua
Hoc in ſole notes ⁊ lumie/ſed viceuerſa
Dū redit ad p̄mū/ſpirituale ſapit
Mēs hoīs mōm/ſuaꝙ ꝓ ſimulacro. r̄ceptū
Senſibus effigiat ſpiritui ſimilem
Spiritus eſt nempe qđ gignit ſpūs/Iſta
Mentis ꝯditio libera/primo fuit
Principiū rebus p̄mū ſpeculando creat
Obijce cū nullo crimine leſa iacet/
Inficit̄ carnis oculus/ſed ebet rationis/
Cōtemplatiuus lumine pene caret
Par fit iumentis/et corpe merſa grauatur
Decliuus ſtolidā vix bene viſit humū

Incipit tractatus doctoris conſolatorij magiſtri Iohis de gerſon Cancellarij pariſien̄. de directione ſeu rectitudine cordis.

Confitebor tibi in directōe cordis. Pollicet̄ hoc pſalmiſta ꝑſonam in ſe gerens anime cuiuſlibet fidelis deuote/loquentis deo ⁊ confitentis in eo. Uel potius hebraico more. futurꝰ indicatiui ponit̄ hic optatiui loco/q̄ſi vox nō ſit ꝓmittētis ſʒ optātis atꝙ orāt[is] cū dic̄. Cōfitebor tibi in directiōe cordis. Proclamat in eodem ſpū raptus in anagogicos exceſſus q̄ pſallendo ait. q̄ bonus iſrael deꝰ his qui recto ſunt corde. Felix plane cor directū ⁊ rectū in dn̄o. Sʒ in directiōe et rectificatiōe crebrius heu fallimur putātes noſ rectū cor hr̄e/cū varie diſtortū eſt. q: iuſticiam noſtrā volentes ſtatuere/iuſticie dei nō ſumus ſubiecti. Propterea diligenter attēde tu meditās queadmodū deo confitebe ris in directione cordis. Uide quid ſequitur. In eo q̄ didici iudicia iuſticie tue. mirum vero ſi quis gloriari audeat ſe didiciſſe iudicia iuſticie dei/que ſunt vtiꝙ abyſſus multa. que incōprehenſibilia/que ⁊ terribilia ſunt ſuꝑ filios hoim. Sed ꝑfecto ſatis ē cordi ſaltē fido ⁊ ſimplici/nō curioſa ꝑſcrutatione ſed humili deuotiōe/ꝯfiteri đo cū ꝓpheta dicendo. Iuſtus es dn̄e/et rectū iudiciū tuū. Itē iudicia dn̄i vera iuſtificata in ſemetipſa. Et rurſus iuſticie dn̄i recte letificantes corda.

Conſideratio prima.

Fundamētū igit̄ directiōis cordis eſt meditatō rectitudis diuine iuſticie/que eſt ꝑpetua ⁊ ꝯſtās voluntas reddēs vnicuiꝙ qđ ſuum eſt. Hinc enī cōſurgit ordo. qui eſt parium diſpariūꝙ rex ſua vnicuiꝙ tribuens diſpoſitio. Hinc ꝯſequent̄ oritur pax. que nihil aliud eſt q̄ ordinis trāquillitas/propterea bene enunciatū eſt. q̄ opus iuſticie eſt pax ⁊ q̄ iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt.

Coſideratio ſecunda

Eſſet aūt gratiſſimū hanc ꝑ ſingulas res meditari iuſticiaʒ. ordinem. ⁊ pacē. ſed tranſeat meditatio cordis vt dirigat̄ ad participatā iuſticiā que deſcribit̄ habitus vel q̄ſi habitus ꝑ quē inclinat̄ cor habentis ipʒ reddē vnicuiꝙ qđ ſuū eſt Quā iuſticiā diuiſerunt philoſophantes in cōmutatiuaʒ et diſtributiuā/q̄uis nō defuerint q̄ iuſticiam dixerint oēm virtutē. Recte ꝓ ſuo. ſi đ legali iuſticia ſub generalitate locuti ſūt que quideʒ ratio eſt reddere vnicuiꝙ qđ ſuū eſt. Continet̄ itaꝙ ſub hoc ambitu virtus omnis tā prudentia que eſt recta ratō agibiliū/q̄ tēꝑantia que eſt moderatrix paſſionū ꝯcupiſcibiliū/q̄ fortitudo que ē mediatrix inter audacias et timoreʒ/q̄ iuſticia ꝓut eſt ꝑticularis virtus reſpiciens cōmutationes in precijs/et diſtributiōes ꝓ meritis quatinus recte fiant.

Conſideratio tertia.

Poſſet cōfeſtim fieri ſermo de directione cordis in hac ꝑticulari ⁊ duplici iuſticia/cui ſolet aduerſari quaſi duplex peſtis letifera.

Contrariatur itaqȝ cōmutatiue ↄ̄ctus vsurarius quo ad tpalia/ et simoniacus q̄ ad spiritualia. Porro iusticiā distributiuā vulnerant ꝛ inficiūt ꝓmotio remuneratioqȝ male meritoꝝ in rep. ecclīastica ꝛ spūali. Sȝ videamus in primis velut in radice vel fonte q̄d cordis sit rectitudo. seu directio.

Consideratio. 4.

Directio cordis attēdit penes cōformitatē ad rectitudinē pme et vniuersalis regule/ quā eē ↄstat inobliq̄bilē/ nec a rectitudīe ꝓrsus flexibilē/ queādmodū tortuosa redigūtur ꝛ rectificant ad normā rectā p applicationē. Et qm̄ natura tota dirigit ī suis motionibus ꝛ actionib⁹ ad hᵒ agēte infallibili ꝛ ī obliq̄bili naturā oēm directā ꝛ rectam (vt talis est) fore necesse est. Et hoc est corollariū seu porisma pulcerrimū. Propterea ↄcludit a sapiente/ ꝛ apud boetiū a phia q̄ sapientia attingit a fine vsqȝ ad finez fortit et disponit omnia suauiter.

Consideratio. 5.

Hanc vo directionē nature vocauerūt aliq̄ phoꝝ/ circulū intelligibilem pmi boni ad creaturā ꝛ rursus creature ad suū pncipium. Et hec meditatio non est discors a nostra si ↄsideret hmōi recursus seu reuersio q̄ vel q̄ fit tanq̄ reflectat radius rectus vel ppendicularis in seipō de deorsum in sursum/ vñ ꝓuenit fortificatio mirabilis ī natura/ qđ in speculis ꝓbat p exemplum.

Consideratio. 6.

Hanc igit nature directionē et reuersionē ad suū pncipiū si ī obliq̄biliter/ haberet humana voluntas ꝓ statu presenti. eā q̄ppe ī gloria habebit sed in inferno ab hac rectitudine tota deficiet. Nūc aūt dū in via sum⁹ dirigitur aliquando/ sed frequenti⁹ detorquetur per peccatum ab hac directiōe/ redditurqȝ tortuosa. ita vt nō sit cum deo suo rectum vel directum cor eius. Sicut ī pluribus sacre scripture locis verba huiusmodi sonant.

Cōsideratio. 7.

Fuerunt qui dicerent hanc rectitudinē cordis ad deū esse/ vt vellet hō q̄cq̄d vellet de⁹/ ꝛ nō aliud vel aliter. Alijs visum est q̄ voluntas dei nō obligat voluntatē creatā ad imitationem sui ꝛ cōformitatē/ et p consequens nec ad suam rectitudinē/ nisi primo sit cognita dei voluntas ipa. Et deniqȝ q̄ ad eius imitationē obligetur sub precepto affirmatiuo vel negatiuo. Qđ aliqui sic explicant vt cor hoīs teneat velle illud quod scit qđ deus vult ipm̄ velle/ et hoc nō soluȝ ↄsultiue vel pmissiue/ sed preceptiue vt dictum est. Reducit ergo ſm istos tota cordis rectitudo ad rectitudinem impletiōis diuinoꝝ p̄ceptoꝝ/ que sunt iudicia seu dictamina diuine iusticie.

Consideratio. 8.

Fuerunt quoqȝ quib⁹ hoc nō satis dictū ample videbat. Distinxerunt igitur triplicē in homine voluntatem accepto large vocabulo/ ſm triplicē in homine cognitionem. Est em̄ voluntas seu appetitus sensualis qui potest aliqualiter ideo dici volūtas q̄ aptus natus est obedire rōni/ iuxta Aristotelis verbū cōformiter ad illud dictum de Cayn. Subter te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius. Nō sic aūt est in appetitu sensuali brutoꝝ/ que non habent rationem directricem sibi adiunctā/ ꝓpterea passiones sensitiue nō eis imputāt nec dicuntur turpes Ut supbia in equo. ferocitas in leone. timiditas in lepore/ astutia in vulpe. ꝛ sic de alijs silibus. Est ꝛ alia volūtas vł eadē sȝ alit cōsiderata q̄ ↄsequit cognitiōȝ rōnis inferioris quā appellāt scti velut mulierē respectu portionis supioris quā virū dicunt. Hec respicit leges tpales ꝛ cōclusiones que colligūt ex sensibus. Sȝ portō rōnis q̄ supior dicit cōformat ad leges eternas ſm has dr̄ ꝓprie voluntas rōnis.

Consideratio. 9.

Dicunt ↄñr p̄dicti q̄ volūtas cōsequens iudiciū rōnis supioris et directionē eius debet sp ita eē

conformis diuine voluntati ꝙ nunq̄ī aliquo sibi remurmuret. nec ꝺ damnatōe hominū/nec de ꝑmissione pctōꝝ/nec de gratie subtractōe. Immo nec ꝺ sua futura dānatione/si illā deꝰ disposuerit iusto suo iudicio venturā/sed dicat humili corde sine murmure/id quod apud damnatos ⁊ per eos dici nō pōt. Iustus es domine/⁊ rectū iudiciū tuū/cum ceteris similibus. Nō ꝙ homo simplicit̄ et absolute debeat aut possit de lege ordinata consentire in damnationem suā/sicut nec in peccatū vel desperationem. Sed hec ita sub ꝯditione ꝓponuntur. Quāuis nō expediat apud multos tales interrogatōnes ꝑticulares sibi formare/vel in eis deliberando diu stare. Hoc tñ pōt fieri vt ſm iudiciū rōnis supioris nolit i aliquo remurmurare diuinis dispositionibꝰ quod facilius est q̄ positiue ea laudare et approbando in ratione eis gaudere.

Consideratio. 10.

Porro quo ad voluntatē aliā duplicem/q̄ cōsequit̄ iudiciū rationis inferioris et sensualitatis potest fieri ꝙ bonꝰ filius (sic loqt̄ Augusti.) velit patrem suū viuere/quē denus vult mori/ꝓpter quedā naturē tractum et colligatōnē ad ea que tēpalia sunt. Oportet nihilominus hanc duplicem voluntatē si debet carere vitio/se resoluere tandē in eā que sequit̄ iudiciū rationis.

Consideratio. 11.

Amplius addamꝰ. Quia nā delectat̄ in medijs/⁊ tristat̄ i extremis. colligit̄ ratio speculatiua cāticoꝝ et psalmoꝝ/qui quandoq̄ collaudant rectos corde/et ad leticiā ⁊ collaudationem prouocant/vt ibi. Letamini in domino et exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde. Et iterum. Lux orta est iusto et rectis corde leticia. Coniunguntur autem iusticie et rectitudo cordis ratiōe ꝓdicta. Quī iusticia medium tenet/et consistit in quadā rectitudine ſm quā debꝫ rectificari cor atq̄ dirigi.

Consideratio. 12.

Tenendū est nihilominus ꝙ rectitudo volūtatis humane ꝓ statu vie non stat indiuisibili/sicut rectitudo voluntatis dei. Et sic stoici ponere voluerunt dicētes equalia esse peccata/quoniam eque deuiat vnuꝫ a rectitudine sicut alterum. Exemplum ꝺ linea parū torta vel obliqua. Stat igitur ex moderatione iusticie ꝑ diuinam misericordiam que superaltat iudicium/ ꝙ rectitudo voluntatis humane latitudinē aliquā compatiatur/infra quā voluntas stans/diceretur semꝑ recta/ q̄uis ad centrū indiuisibile iuxta modum loquendi ꝓdictoꝝ/nō pertingat.

Consideratio. 13.

Rursus infra latitudinē hanc ꝯmiserūt aliqua peccata venialia dicentes ea non esse cōtra rectitudinem diuinorum ꝓceptoꝝ/que sunt dei iusticie seu iudicia participata/ sic nec esse dicunt̄ contra charitatē. Quia nō extinguūt eam. Sunt tamen peccata venialia quedam obliquitates/a medijs per q̄ facilius et rectius tendit̄ ad finē. Non aūt tollunt rectitudinē finis. Et si nō perimūt illā/ ꝓpediūt tñ plurimū/sup qua re loqt̄ tractatus alter de vita spirituali docens q̄tum ⁊ quousq̄ vota ⁊ ꝓcepta ordinū seu religionū obligent ⁊ se extendant.

Consideratio. 14.

Descendamus ꝯñr ad ꝑticulares casus aliquos qm̄ sermones particulares in moralibus/dicente Aristo. ⁊ teste experientia/magis ꝓsunt aut erudiunt/quēadmodū vidi est in ꝓceptis medicine/ neq̄ tñ oportet tēptare de singul' ꝑticularibus. qm̄ infinita sunt et idō nec differere necesse. Sꝫ in ōmis sicut directio cordis tendit ⁊ t̄minat̄ in deū sic et ab eōdē hꝫ ortū ⁊c. ¶ Vide ꝯsequentia in tractatu de orōne et eius valore ꝑte tertia.

Consideratio. 14.

Reuiuit nos ecce plꝰ spato v̄bū ꝺ directiōe cordis i orōne cū annexis. Ad quoꝝ elucidationē āplioꝛē ꝓficit tractatus de meditatiōe cordis

⁊ alius de ipsius stabilitione. veniamꝰ con
sequenter ad alias ꝑticulares actiones. Et
in primis videamus qualis esse debeat cor
dis directio in adoratōne imaginū/qm̄ ab
usus videtur esse multus apud laicos ⁊ se
culares/imo et nōnunq̄ apud litteratos ⁊
religiosos/ q̄ vnā imaginē citius adorāt q̄
aliā. Et hoc solū. q2 vel venustior/aut pul
crior/aut ornatior. Vn̄ loquunt̄ ad illā ve
lut si itelligat. Directio final' cōsulēda ⁊ se
pius inculcanda atq3 p̄dicanda talibus in
his et in pluribus alijs/est q̄ habeant intē
tionem generalē faciendi in hmōi adorati
onibus/illud qđ intēdit facere eccl'ia/qđq3
ꝓlati doctores ⁊ scti p̄res hmōi instituētes
et tolerantes facere intenderūt/nec figāt di
rectionē sui cordis vel intētionē3 ad aliqđ
ꝑticulare/quin semꝑ habeant cordis pro=
ptitudinē ad faciēdū ea in his solū q̄ eccle
sia et suꝑiores nostri ac ꝓores fieri tradide=
runt atq3 docuerunt.

Consideratio. 16.

T Ranseamꝰ q̄3 statim vltra ad ali
os cultus sctōꝝ/qui plurimum
suꝑstitiōes hr̄e vident̄/ita q̄ no
uena fiāt/ ⁊ nō septimana/vl' q̄n
tana. Qđ offerat̄ tale munꝰ vl' tale Sic gal
lus ꝓ pueris/gallina ꝓ puell' btō Cristo=
fero vl' Jobi bapti. qđ ad sctm̄ Hupertū
ꝓ morsu canis rabidi fiāt innuent̄ ꝑticula
res obseruantie/ q̄ nullā vident̄ hr̄e rōne3
institutionis. Et ita talis ritus trāsit i su=
ꝑstitione3 q̄ nihil aliud est q̄ vana religio.
Di aūt vana: q2 caret rōne et affectu. Simi
liter est de hoc q̄ sctūs Antho. plus habe=
at virtutis in curando sacrū vt aiunt ignē
q̄ alij scti. Rursus idē ē hoc q̄ in hac eccle=
sia dedicata btīssime v̄gini/ipsius virtꝰ sit
potentior. q̄ in alia ad faciendū miracula
et succurrēdū innocantibꝰ se/et hoc p̄serti
rōne talis vel talis imaginatiōis sue vl' rō
ne solite ꝑegrinationis illic ꝯtinuate/ ⁊ sic
de similibus absq3 numero.

Consideratio. 17.

C Onsiderandū est igit̄ q̄ paucis
simorū est ad diuina se erigere vel
eleuare/nisi ꝑ corꝑalia. Sed nec
ꝯfidētia de deo ⁊ sctis faciliter a
multis hēt̄ sine quadā spāli obseruatiōe ⁊
frequenē corꝑali vl' imaginatiua. Tal' tn̄
imaginatio fortis ⁊ ꝯfides de dīno auxilio
licita ē ⁊ meritoria q̄uis cōsurgat ꝑ media
vl' exempla corꝑalia/ ⁊ ꝑ quasdā actōes ex
traneas/q̄ mouēt adiuuāt/ ⁊ augent imagi
nationē ad spem vel ꝯfidentiā de obtinen
do salutē ꝓut ⁊ medici dicūt. videlic3 ima
ginationē fortē facē casū vl' etiā liberatiōe3

Consideratio. 18.

E Mplius distinguēdū est đ ob=
seruationibꝰ circa cultū dei ⁊ sā=
ctoꝝ/q̄ aliqūe obseruatiōes hu=
iusmodi sunt maīfeste licite/imo
et obligatorie/q̄s videl3 tradidit ecclesia.
Alique sunt penitus illicite ⁊ demeritorie
quas eccl'ia reprobat ꝑ exp̄ssum. Alie autē
sunt medie que de genere suo nec bone sūt
nec male sicut leuare festucā in tēplo. Sed
fiunt moraliter bone aut male ꝑ appositio
nem circūstantiaru3 p̄sertim intentionis ⁊
finis. ¶ Similis pōt fieri distinctio de cre=
dendis q̄ aliqua sunt firmiter credenda.
Alia eque firmit̄ discredēda. Alia v̄o que
sine ꝑiculo possunt vel credi vel non credi
Ceterū de obseruantijs primi et scđi gene
ris pōt ⁊ debet fieri secure p̄dicatio. s. quan
do sunt exp̄sse ꝑ eccl'iam ⁊ doctores vel ap=
probate vel reprobate. De alijs v̄o tertij ge
neris cautissime p̄dicandū est vt nec nimis
generalit̄ assertiue ⁊ absolute approbētur/
et p̄sertim quasi cadant sub p̄cepto vel fide
certa/nec etiā reprobent̄ absolute ⁊ simpl'r
q̄si sint pctā q̄ nō pn̄t bene fieri ⁊ que obli=
gent ad nō credendum.

Consideratio. 19.

R Ursus aduertēdū q̄ apud sim=
plices qui vident̄ bone fidei/ ⁊ i
alijs religiose viuentes/ obseruā
tes ecclesiasticā disciplinā et doc=
trinā agendū est potius ad rectificationem
actionum suarū/et ad bonā interp̄tationē
iuxta intentionē bonā quā habere debent
q̄ damnent̄/vel arceant̄ deserere suas con
suetudines/p̄sertim ꝑ illos qui nō sunt tan
te autoritatis/q̄ possint sine scādalo tales
obseruationes extirpare. Secus forte vbi
adueniret autoritas p̄latoꝝ vel pape vl' ge

neralis concilij. Unde et quando pdicat nimis acriter contra obseruationes taliuz psonaruz/que deuote sunt in multis alijs pōt consurgere in ipis quedā pusillanimitas/atq oriri ex hoc in puersis maior arrogantia irrisiua bonoz et simpliciuz hmōi/aliarūq deuotarum psonarum.

Consideratio. 20.

Addatur adhuc circa dictas obsuatōnes psertim pter illos qui sunt depressi in intellectu. ac rudes ad capiendū subtiles resolutiones nostre fidei et catholice religiōis/p ut tactū est supra de consideratione decima septima. Addat inquā et dicamus q in talibus ita temperate se habeant q nec reprobēt eos qui talia nō faciunt quasi sint obligati sic facere/q etiā in talibus nō ponant firmā spem suam/taliter q existimēt deuz vel sanctos nō debere eis pbere auxiliū vel salutem. nisi obseruatōnes tales exercuerit quasi sit in illis quedā necessitas vt p eas et nō aliter inducatur deus et sancti id facere quod petunt. Possunt tamē existimare vel sperare cum pietate fidei et religionis christiane/q reuerentia exhibita deo et sanctis p hmōi obseruatiōes/eis vtiq placeat.

Consideratio. 21.

Confirmant p premissa exempla que videmus i ecclesia. Qnia cōmutauit ecclesia multos gentilium ritus non eos penitus auferendo/sed intentiones fideliū circa huiusmodi in finem bonū dirigendo. Patz hoc de festo purificationis qd ideo candelaria vulgo dr. quia portantur candele ardētes illa die in honore purissime et lucidissime virginis Marie/que prius portari apud gentiles consueuerant in venerationez cuiusdam dee/et in lustratione vrbis romane Sic solennitas prime diei mēsis sexti/que quondam in honore octauiani augusti fiebat/cessit in ecclesia in honorem receptiōis cathenarum principis apostoloz Secūdū consimilē considerationē apud principes christianos posset hodie tolerari celebratio natalis sui. immo vt meritorie peragi/dirigendo videlicet intentionē suā ad spiritualem natiuitatē regenerationis sue per sacrum baptisma/glorificantes deū qui gratiam baptismi ptulit. Sic etiā encenia que dantur primo die ianuarij tolerabiliter fierent/si dirigeret intentio ad illud enceniū gloriosum et pciosuz/qd christus iesus deus et dominus noster nobis donauit in sui benedicti nominis impositione. quod vtiq nomen est iesus/salutem importans/atq in sui preciosi sanguinis effusione/quaz in circūcisione incboauit/sed tunc consummauit. quando in ara crucis cum latrone. et clamore valido seipm totuz p nostra salute deo patri in sacrificiū obtulit/et exauditus est p sua reuerentia. Sic fit intentionem rectificando multa erunt religiosa/q alr forent supstitiosa.

Consideratio. 22.

Inueniet studiosus doctus et pius animus in talibus obseruatiōibus que de se non sunt male/qsdam rationes vl directiones cordis que faciunt obseruationes huiusmodi nedū licitas sed etiā meritorias. Et sic nō est necesse in obseruationibus p ecclesiā datis q simplices et laici cognoscunt talium rationes/que in aliquibus vix pnt alit reddi/q q sic placuerit legislatori/vel ecclesiastice consuetudini. Sic multomagis in pposito dicendū est/q sufficiant lectiones consecture/si dicat nouenaria poti q duodenaria/ad honorē nouē videlicet ordinum angelorum Et q fiat pegrinatio ad istam ecclesiam magis q ad illam/ob maiorē deuotionum fidelium. Et q deus vult in varijs locis/et diuersis sanctis/varie et diuersimode venerari/stante tamen in his semper vere fidei soliditate et integritate. Sed et q pulli/vel panis/vel vinū/vel equi/vel imagines ceree/vel aliqua similia certis ritibus offerantur/totum cedit in honorem dei et sanctorum/et ad sustentationē ecclesiasticorum ministrorū dummodo in his et in alijs nō addatur positiue et particulariter certa intentio praua/et omnino contraria diuine religioni. Consulendū est igitur vt stent in directione et intentiōe generali/faciendi idem qd placitū sit deo/nec in talibus nimis multū se subtilizent.

Consideratio.23.

Ursus ad elucidationē p̄missorū̄ ampliorem addendū est/ q̄ n̄ passim querat̄ temptari deus p̱ inuocatōnē sanctoꝝ suoꝝ/ vl' oblatiōes eis factas quasi debeat sp̱ statim facere miraculose illud quod petit̄/ p̄sertim qn̄ est tātū̄modo bonū tp̱ale adipiscenduꝫ videlicet qn̄ est ꝓ acquirendo aliquo commodo/ vel ꝓ euitando incommodo/ sicut solent facere plurimi qui ꝓ qualibet re q̄ntūmlibet ꝓphana et modica/ querūt a deo et sanctis eius op̱ationem sup̱naturalē. q̄ꝫ qꝫ sis oppositū illius quod ip̄i petunt cadat frequentius ad salutē ip̄orum spiritualeꝫ/ sicut est infirmitas/ vel aliqua in bonis tēporalib⁹ aduersitas. ¶ Est eīn̄ inuocādus deus maxime ꝓ eterna salute animaꝝ/ ⁊ ꝓ medijs ad illā p̱ arma iusticie a dextris et a sinistris/ p̱ diuitias/ p̱ paup̱tatem/ p̱ bonaꝫ famam et infamiā/ quemadmoduꝫ supremus noster medicus magister et rector nobis vtile esse nouerit. Itaqꝫ: sicut dici solet a magno magna petenda sunt et speranda atqꝫ aliquid solidū seu p̱mansurū/ ne forte videatur deus coli solum vel amari ꝓpter questum temporalium que vilia sunt ⁊ ilico vtiqꝫ peritura.

Consideratio.24.

Ontingit aūt deū tēptari dupliciter. vno mō sine necessitate vl' absqꝫ magna vtilitate. q̄ temptatio dī curiositas. Alio mō quādo dimittit̄ auxiliū humanū/ quale posset hr̄i/ viꝫ dū fiat illud qđ naturalit̄ vel humanitus fieri pōt. Et hoc vocamus facere qđ in se est. Ad p̄mū spectat/ cū hō vult p̱ aliquas orōnes vel ieiunia acquirere sciencīā aliq̄ꝝ occultoꝝ/ vl' eoꝝ q̄ nō sunt sibi vl' statui suo cōpetentia vl' vt hēat gr̄as aliq̄s gratis datas/ que nō sunt vtiles ip̄i petenti sꝫ magis īutiles forte ⁊ noxie vt qđ hō speret dicendo hāc vel illā orōnē q̄ nō incurret tūc infirmitatē/ vel q̄ sic habebit diuitias/ vel ꝓsperabit̄ in mercaturis/ vel etiaꝫ in spiritualibus/ exemplificando q̄ viꝫ videbit an̄ mortē oculis corp̱alibus btissimam v̄ginē aut aliquē sctōꝝ/ vel aliquā sctārū/ ⁊ ita d' reliquis. Que oīa friuola sunt. nec habent quicq̄ roboris aut fundamenti.

Consideratio.25.

Orro aliqb⁹ nihilomin⁹ licitum est expectare aliq̄ q̄si p̱ miraculū cū recursu ad deū et sanctos ei⁹/ qualia sic expectare sine coop̱atōne ꝓp̄a al's nequaq̄ foret licitū siue laudabile. Et hoc ī multis casib⁹ est ꝯsideratōe dignissimū. Un̄ si simplices hoīes nō haberent p̄dicatores ⁊ instructores sup̱ credēdis ⁊ agēdis ad salutē p̱tinentib⁹/ p̄nt ratōnabiliter instructōnē sui postulare a domino deo p̱ miraculū. vtpote p̱ infusioneꝫ diuinitus/ p̄ter nature op̱atonē illuminari. Quia vbi deest naturale ⁊ humanū subsidiū. pōt immo ⁊ dꝫ spirituale ⁊ sup̱naturale rōnabilit̄ expeti et expectari/ cū gr̄a n̄ deficiat ⁊ vtiqꝫ minus/ q̄ natura in necessariis. Prouenit inde fortassis q̄ mlti rurales et idiote sepe citius op̱ant̄ suam saluteꝫ/ sine offendiculis erroris / et absqꝫ deuiatione p̄ceptoꝝ diuinoꝝ et ecclesiasticoꝝ/ ꝓpter firmam deuotā ⁊ humilē spem quā in diuino habent auxilio repositā. q̄ clerici et litterati et alij. quotidianis exercitati lectionibus/ ⁊ sermonū auditionibus/ qui plerūqꝫ facilius errore et deuio p̱iclitant̄. Sic etiā sepius a deo miraculose ab eccl'ijs ⁊ cōgregationibus pastoris solatio orbatis/ petiti sunt/ et adhuc licite peti p̄nt idonei boni ⁊ vtiles pastores et p̄lati. Sicut legit̄ de sancto Nicolao ⁊ pluribus alijs.

Consideratio.26.

Abent cōsequenter ad hāc cōsiderationē religiosi et solitarij q̄ d'seruerūt mundū ⁊ ea que in eo sunt quo ad curā administrationis/ causam magnā recurrendi ad deū ī suis orationibus cū expectatione diuini auxilij/ sine solicitudine alterius cure querendi vel vtēdi auxilio alio tp̱ali/ in faciendo illud qđ in se est. Nā orando ⁊ bn̄ viuēdo faciūt totū qđ in se est. Secus esset in habētibus administrationē atqꝫ curā sibi in presidendo vt reges ⁊ iudices siue ī corripiendo ⁊ docendo vt p̄lati ⁊ doctores/ q̄les viꝫ

scire possunt sine magna solicitudine & tre pidatiõe an fecerit vel faciant qđ in se est.

Consideratio. 27.

n Ihilominus datˀ p regula ꝙ in oratione sua ꝯsideret homo si faciat vel fecerit ꝓbabili coniectura qđ in se est. & qcquid spectat ꝓ tũc ad se vl' ad suũ officiũ iuxta naturalẽ ꝓcedendi modũ. Nõ em̃ requiritˀ euidẽtia Et si sic. tũc ferat audacter sine scrupulo de um temptandi. totã cordis sui directionez in deũ/expectando suũ diuinitus auxiliuz Quasi dicat cũ iosaphat rege. cũ ignorem⁹ quid agere debeamus supple vltra ea que egimus aut fecimus/hoc solũ habem⁹ resi duũ/vt oculos nostros ad te dirigamus.

Consideratio. 28.

v Alet insuper hec doctrina apud quelibet optantem bonũ alicui cui tñ via nature succurrere non põt/vel ꝓpter distantiam localẽ vel insufficientiã suaz q̃cunq3 aliã vt toto corde dirigatˀ ad deũ et sanctos eius oratio sua/dicendo. dñe deus meus apud te est oẽ desideriũ meũ p salute huius vel illius ꝑsone. Sed nihil aliud mihi suppetit/q̃ vt tuũ implorẽ ꝓ ea auxiliũ/ꝓut et imploro et toto corde affecto/quatinus tu p temetipm/aut certe p ãgelos tuos sanctos/vl' saltem p hoĩes alios/ad hoc magis q̃ ego idoneos agere digneris circa talem vel talez ꝑsonã/que sue salutis sunt/que ego nequaq̃ sufficio implere docendo/monendo/hortãdo/corripiendo &c. aut tal's ꝓut vnctio ei⁹/q̃ docet de oibus/inspirauerit orando.

Consideratio. 29.

a Bdamus ꝓ directiõe cordis/circa credulitatẽ eorũ que narrantˀ in scriptis verbis et legẽdis sctõrũ/& alioꝝ gestis/siue illa sint miracula/siue excellentis gratie merita/que fauere videntˀ xpiane religioni/& hominũ ꝓficere edificatõi. Silr q3 circa ĩdulgẽtiarũ adeptionẽ p tales vl' tales oĩones/vtpote q̃ dixerĩt qnqes pr̃ nr̃ & aue ma. corã imagĩe beate crucis. habebit mille dies/vel viginti annos indulgentiaꝝ. Silr etiã circa denũtiationes futuroꝝ p illos qui videntˀ deuoti et religiosi. Silr deniq3 circa visionẽ qrũdã somniorũ ꝓ iuuandis mortuis/vt ꝙ videatˀ pater admonens et petens tot et tales missas aut elemosynas vel ꝑegrinatiões ꝓ sua liberatiõe. Circa hec itaq3 & similia mlt'ũ caute ꝓcedendũ est/et ꝓuidendũ ne apponatˀ firma vl' ꝑtinax credulitas ꝓpter erroris ꝑiculũ/neq3 etiã oportet hmõi omnino & ꝑtinaciter dissentire/nec etiã penit⁹ cõtemnere & reprobare. Est igitˀ ambulandũ in his via media et regia/in qua dirigitˀ deuoto illa quã vocamus pietatẽ fidei/cuius cõditio est acceptare illa p modũ cuiusdaz ꝓbabilitatis & amoris/que videntˀ religionẽ xpianam & dei dilectionẽ ꝯfouere/vl' ad ipas incitare & accẽdere.

Consideratio. 30.

aliquid inchoare. ⁊ cras modicū addere. ⁊ sic dieb⁹ singulis ꝟtutē ꝟtuti/ ꝓpositū ꝓposito iūgere/ ꝑficit hoīem ꝟtuosum. deuotū purū sctm̄ ⁊ religiosuz. deo carū. ⁊ hominibus gratiosuz. Hoc ordine ꝓmeretᷣ hō nomen nouū in calculo clausuz. qꝛ calcatis vicijs efficitᷣ candid⁹ interius. ⁊ sepe fruitᷣ consolationib⁹ supne dulcedinis q̄ ignote manent carnalibus ⁊ tepidis. ¶ Ruminem⁹ igitur sedula mente/ ꝑntem ꝟsiculū/ aduersus detestabilē desidiā ad igniendū nos et fratres nostros/ in amore spūalis ꝓcessus/ ⁊ vt vicia nostra curentᷣ ⁊ donatōnes celestium virtutum/ in nobis augeantᷣ. Neqꝫ em̄ fraudabit a desiderio suo fideles certatores/ spiritussanctus. qui viriliter certarēt hortatoria voce insonuit dicens. Uincenti dabo māna absconditū.

Epistola de custodia habenda ad seipm̄.

Frater mi in xp̄o dilecte/ videas quō caute ambules. qm̄ dies mali sunt/ magna cautela ē suo pei habenda/ in oībus verbis et opibus suis. Nā qui nō est ꝑuisus in reb⁹ suis. aut cito ledit aut leditᷣ ⁊ magnū dampnū sentiet in fine. quisqꝫ in principio fuit negligēs aut ꝑceps. Diu ꝑpendēduz ē antequā fiat aliquid. ⁊ sepius recurrenduz est ad cordis habitaculū. ne hō sit absqꝫ consilio sicut gens praua ⁊ exaspans que nō direxit ad deū cor suū. Igitᷣ ꝑcedat oculus tu⁹ oīa opa tua. ⁊ oīa age cū prudētia. nec incedas per aliena facta te neglecto. qꝛ nemo illo sapientior est. cui⁹ aīa sua semp in manib⁹ ei⁹ ē. Nō habet hō cariorē thesaurꝫ nec meliorē substantiā sup terraz (si bene cogitauerit) q̄ animā suaz. Debet igitᷣ vigilare ⁊ semp esse in custodia aīe sue. qꝛ nihil cōpari pōt saluti ei⁹. Salus ei⁹ ꝯsistit in veris ꝟtutib⁹ odit ⁊ abominatᷣ omne viciū. Quāto quis nititᷣ contra vicia. tāto magis accedit ad ꝟtutes. q̄to ꝟtus amplius placet. tanto plus detestatᷣ eius ꝯtrariū. ¶ Cognitio viciorum multū ꝓdest ad supandū vicia. plures nō cognoscunt in veritate ꝓprios defectus ⁊ quidā q̄uis sciūt/ nō satis ponderāt aut si ponderāt/ cito oculos auertūt ⁊ obliuiscuntᷣ qđ tolerāt. Non est ita faciendum charissime frater resistēdū est semp malicie ⁊ iniqtati ⁊ remediū inqrendū ⁊ auxilium a deo flagitandū. Maxime est aūt obuiādum motibus passionū in p̄ncipio pugne qꝛ si magna creuerit. infirmius hō vbi erit. Ex parua re fit sepe grauis inqetudo. ⁊ ex verbo vno nascuntᷣ ꝟba multa. ⁊ de modico risu scaturit sepe grādis dissolutio. Parua cōtumelia generat stultis ⁊ incōsideratis hoībus difficilē exitū ⁊ ꝓfundū vuln⁹. Bene ergo ⁊ prudenter agit qui oībus neglectis. se custodiuit iudicat ⁊ ordinat. Tanto minus pōt vnusq̄sqꝫ ꝓuidere sibi quāto pronior est ad ꝯsiderādū alios. ¶ Desiderans habere pacem. debet habitare in syon: hoc est vtile homini q̄ nō inuenit requiem in hoc seculo. vt ꝯfugiat ad dn̄m. ⁊ cupiat cito dissolui ⁊ eē cum xp̄o qꝛ nō est alius q̄ pro nobis pugnet nisi ip̄e qui fecit nos. Si sentis insurgere vicia oppone remedia que scis tibi eē vtilia. ⁊ q̄ audiuisti ab alijs. cogita semp si tibi deseruiūt. Quotidie bellū gerendū est. qm̄ temptamur quotidie. nec est victus qui viciosam cōsuetudinē sepe rebellare sentit. Dolere tm̄ debet qꝛ adhuc in eo malū viuit. ⁊ nō dū ꝑfecte sibi mortuus est. Accipiēda est semp noua fiducia. licꝫ sepe deijciatᷣ hō. ¶ In spāli ꝓponēdū ē ⁊ ꝯtra illa vicia q̄ magis molestāt. ⁊ frequētius adueniūt. aliqn̄ ira. aliqn̄ supbia. aliqn̄ ꝯcupiscētia: cor homīs tribulatᷣ. ⁊ vehemēter inflammatᷣ. sed scuto orōnis aut gemitu cordis. aut inuocatōe sancti nominis ibi/ est occurrēdū. ⁊ in celū respiciēduz vnde veniet omne auxilium. Et quādo sic oret vel cō similiter. O bone iesu succurre mihi modo. Eia domīe deus adiuua me. Quid ego miser agā sine te? qđ incipiaz/ et quomō finiā dies meos deus me⁹? Meli⁹ nosti. quid tibi sit necessariū magis quia ⁊ hoc quotidiana docet infestatio. ⁊ qualiter euades/ docet ⁊ docebit spūssancti vnctio. Ibi igitᷣ quere auxiliū ⁊ cōsiliū. ⁊ ab eo postula tui cordis refrigeriū. ¶ Cōsidera teip̄m. qđ queris in opibus tuis? quid diligis ⁊ quid nō diligis? Scđm desideria sua fit homo stabilis aut vagus. Qui multū conspicit. ⁊ multa habere vult. quō in se manebit? Dispergitᷣ in omnē ventū celi. ⁊ capitᷣ laqueo desiderij terreni. Parua res est se-

pe. ꝓpter quā adipiscendā/generat̄ homi-
ni ꝑplexitas magna sed qui oīa a se expellit
ꝑmittēs vnūquodqꝫ stare sicut inuenit/bn̄
in pace erit qui vo multis se ingerit/ac mł
ta ordinat ⁊ regit/iste seipm̄ ledit ⁊ perdit.
Et qꝛ magister vult eē in rebus alienis nō
est mirꝫ si nescit eē discipul⁹ in suis. O quan
ta adhuc discere hꝫ que nō videt. q̄tuꝫ illi
adhuc deficit· et o q̄ longe stat. Quid ergo
vult se intromittere de alijs ⁊ que emenda
re nō pōt. Aut cur se implicat talibus que
ad ipm̄ nō ꝑtinent? Quid pertinet ad me
inq̄s? Ut tm̄ cogites de te. ⁊ aliud quod-
cūqꝫ fuerit ꝓijcias ꝓcul a te. In ista cogi-
tatōe inuenies te. ⁊ custodies ⁊ ꝓficies ma
xime. eris sepius liber a suspicatōne ⁊ indi
gnatione/ parū curabis de exteriorꝫ occu-
patione/ ⁊ gubernatōe eorꝫ que fiunt in do
mo. Dilecte frater dn̄s custodiat te ab omi
malo. custodiat aīam tuā dn̄s.

Epistola ꝓ conforta cione cuiusdam temptati.

Nf.

Uscipiam⁹ charissime de ma-
nu dei quicq̄d voluerit sup nos
venire deus. nihil em̄ sine iusta
⁊ certa causa agit̄ in terris. Et
ideo curemus nos deo subijcere cor nostꝝ
⁊ sensum nostrū vt respiciens humilitateꝫ
⁊ patientiā nostrā. bene disponat desideriū
nostrum. Inclinemus nos sub sancta ⁊ glo
riosa maiestate eius. quia puluis sumus et
cogitemus q̄ magnū ⁊ dignū sit vt recogi-
tet aliquando de nobis deus. Ex hac hu-
mili estimatōe sensus nostri/ ⁊ accusatione
culparū nostrarū/ confessioneqꝫ iusti iudi-
cij dei (quod vt frequenter occultum sem-
per autem rectū est) apprehendamus spem
⁊ confidentiā ad ipsum. ⁊ oremus largiter
ac ab alijs etiam intime flagitemus oratō
nes. quatinus sua maxime pietas nostram
miseriā ⁊ tribulationē tantarū temptatio-
num immutare dignetur. ¶ Nec ideo dif-
fidamus de nobis. qꝛ multa contraria sen-
timus ⁊ patimur. ⁊ sepius q̄ vellemus ⁊ ḡ
uius q̄ alij temptamur. Uel quia incon-
stantes sumus ⁊ tam parum laborare pos-
sumus seu q̄ totiēs cadimus ⁊ tarde resur
gimus. Aut q̄ tā indeuoti ⁊ aridi inueni-
mur ⁊ ꝑuū appetitū ad vtutes ⁊ ad deum
sentim⁹. Oīa ista solēt bonis accidere. et se-
pissime deuotissimi. talia sunt experti. Cum
ergo taliter nos affligi senserim⁹ inter tristi
cias tocidez/ dn̄o humiliter dicamus. Dn̄e
deus si dignus nō sum/ nec tibi placet vt li-
berer a p̄ssura cordis mei/ saltem hoc mihi
largire digneris/ vt patiēs sim vt nō mur-
murē ꝯtra virgā tuā qua me ꝑcutis. Me-
mor etem̄ bn̄ sū q̄d canit̄ in eccl̄ia tua. Tū
sionibus p̄ssuris expoliti lapides. ⁊ qꝛ illic
introducit̄ oīs qui ꝓ xp̄i noīe hic in mun-
do premit̄. propter qđ peto vt quacūqꝫ ꝓ
culpa ista patior. ad meā purgatōeꝫ semꝑ
ꝓuenire facias. ⁊ ꝓ signo clemētie non re-
probationis furore/ capienda esse doceas.
Debemus ergo sic nos dn̄o integro affectu
resignare ⁊ plus eius bonitati confidere q̄
audemus postulare. Eius creature sumus
⁊ ipi cura est de nobis. qui vocauit nos ipe
adiuuabit nos ⁊ custodiet nos a temptatō
ne hac in eternū. vt nō velimus cū hoc mū
do gaudere neqꝫ latā viā quā multi tenēt/
denuo ambulare. Ammoneo te attē de scꝓ
turas sctās. Sequi vis xp̄m. an mūdū istū
Credis apostolo an magis ph̄o? Xp̄s di-
cit intrate ꝑ angustā portā que ducit ad vi
tam. Et iterꝝ. Tollite iugū meū super vos
⁊ discite a me/ qꝛ mitis sum ⁊ humilis cor-
de. Dicit apostolus. Nolite ꝯfirmari huic
seculo ⁊ si f̄m carnem vixeritis moriemini.
Nemo vos seducat inanibus v̄bis. Qui-
cunqꝫ sunt xp̄i/ carnē suā crucifixerūt cum
vitijs ⁊ cōcupiscentijs. Ego xp̄o confixus
sum cruci. Ego stigmata domini ih̄u i cor
pore meo porto. Mihi mundus crucifix⁹
est ⁊ ego mundo. Omnia arbitror vt ster-
cora vt christum lucrifaciā. Ista sunt ver-
ba apostolica. Sed apud ph̄os ⁊ seculi pru
dentes/ talia nō inuenies. Et q̄uis aliqui
gentiles cōtemptuꝫ diuitiarꝫ laudabant ⁊
voluptates spernebāt. Et eorū doctrinam
multi hodie cōmēdant. De christo tamen
nihil sciebāt. nec eterne vite amore/ id age-
bant. sed euanuerūt in cogitatōnibus suis.
Et omnes (ni fallor) homines cupiūt esse
cum christo ⁊ ad populū eius ꝑtinere. sed
pauci volunt sequi vitam christi. Iterꝫ di-
cunt se dyabolū odire ⁊ eius vestigia nolle
sequi/ sed vita paucorꝫ continentiū se a secu
larib⁹ actib⁹ carnalibusqꝫ desiderijs osten-

dunt/qꝛ multi sunt ex tempoꝛe eius. Opā
ꝓbant cuiꝰ seruus qs fuerit. Ait ergo xps.
Qui sequit̄ me. nō ambulat in tenebris. sꝫ
habebit lumē vite. In mundū hunc ego
veni vt qui nō vidēt videant ⁊ qui vident
ceci fiant. Ac si diceret. Ego humil' ⁊ paup
in hoc mundo apparui hominibus. vt exē
plo meo. efficiant̄ simplices ⁊ humiles ⁊ in
telligant opa diuia. ⁊ celestia miracula/ ad
credendum mihi. Et qui seipsos peccato-
res ⁊ quodammodo cecos ⁊ inscios cogno
uerunt/per gratiā meam illuminari digni
erunt sicq; capiunt deuota humilitate/ qd
superbi ⁊ apud se sapientes/ nequaꝙ̄ intel
ligere queūt. atq; idcirco in cecitate cordis
⁊ stulta opinione manent. estimātes suam
doctrinaꝫ certioꝛē: meam aūt dubiosam. ⁊
mundo exicialē. Sicut olim iudei christū
ꝑsentē in carne contēnebant: sic modo plu
res carnales eum cōtemptui habent. ⁊ in ce
citate ꝓh dolor ꝑseuerant. Malunt poti-
us credere sibi ꝙ̄ euangelio ⁊ carni magis
seruire ꝙ̄ deo. atq; ideo longos optant dies
⁊ voluptuosos sup terrā celum aūt respice
re negligunt/ ⁊ ꝙ̄ velociter tollent̄ non at-
tendunt. ¶ Hec si cogitas/ nimirū sen
ties melius esse sequi humilē deū crucifi
xum ⁊ passum pro nobis ⁊ merito debere
nos pati cuꝫ illo ⁊ relinqui a parentibus ⁊
amicis in hoc mūdo. Mane igit̄ apud eū
qui te vocauit/ ⁊ ne discedas ab amoꝛe eiꝰ.
sed ascende arboꝛeꝫ crucis vt inde videas
ipsm ambulantē/ ⁊ viam ad eternam vitam
preparantē. Hec est via ait ꝓpheta ambu
late in ea. Via crucis vita nostra. via electo
rum. via paucoꝝ via amara. via vite ⁊ salu
tis. via breuis. via directa. via laboris via
perfectionis. Via inꝙ̄ crucis est. sed ducit
ad gloꝛiā. ad latitudinē. ad regnū electoꝝ
ad multa milia ⁊ frequētiam angeloꝝ. ad
dulcedinē mirabilē ⁊ interminabilē. ad lō
gitudinē dierū in seculū seculi ad desidera
tum finē omniū fruitionū ⁊ appetituꝫ coꝛ-
dium. ad requiem ⁊ pacem securissimā. ad
iocunditatem ⁊ exultationē amenissimam
Que breui quodā versiculo qui cantat̄ in
festo sancte crucis. pulchꝛe tangunt̄. Ser-
ui crucis crucem laudent. qui ꝑ crucem si-
bi gaudēt vite dari munera. quia ergo vita
xpi crux fuit/ debet vita xpiani etiā crux esse

Et multo magis vita monachorum cleri-
coꝛum/ ⁊ omnium religiosoꝝ in cruce erit.
Extra crucem nō est salus. preter cruceꝫ nō
venitur ad regnuꝫ christi. Opoꝛtebat pati
christū. ⁊ resurgere a moꝛtuis ⁊ ita intrare
in gloꝛiā suam. Si aliam viam querimus
erramus/ ⁊ in ꝑditionē ducimur. Et q̄ cru
cem fugere cupimus in mediū lacus ardē-
tis picis ⁊ sulphuris incurremus. Crux no
stra/ eterno cruciatui cōparata. est delecta-
bilissima. laboꝛ noster. ꝑpetua requie do-
nanda leuissimus est. Frangere voluntatē
ꝓpꝛiam crux est. ⁊ foꝛte qua maioꝛ vix est.
sed in inferno quis vnꝙ̄ vel ī minimo sua
voluntate vtit̄ cū semꝑ qd nolit pati coga-
tur. qd voluerit nūꝙ̄ voluerit nunꝙ̄ acci-
piat. Fili inquit recoꝛdare/ qꝛ recepisti bo-
na in vita tua. ⁊ lazarus silr mala. Come-
disti bibisti ⁊ saturatus es nimis. Melio-
ra ⁊ delicatoꝛia elegisti tibi vestimēta ⁊ oꝛ-
natus es. Risisti. cantasti. saltasti. ꝑ leticia.
nec ꝓhibuisti coꝛ tuū a voluptatibus. sed
quodcūq; libuit. sine cōtradictione imple
sti. Et hec existimasti ꝑtem tuam. ⁊ regnū
tuū. ⁊ gloꝛiā tuā nec de lazaro quicꝙ̄ cogi-
tasti. quātuꝫ egeret. quātuꝫ pateret̄. quātū
infirmaret̄. Recoꝛdare ergo fili. qꝛ recepi-
sti bona in vita tua. ⁊ lazarus similit̄ mala
Nūc aūt hic cōsolat̄. tu vō cruciaris. Ille
dū viueret crucē habuit ⁊ ad modicū spa-
cium se sustinuit. tu dū viueres. celū tuum
in terra habuisti ⁊ libenter vitā in delicijs
ꝓtraxisses. sed nūc ille nec penam coꝛpoꝛꝭ
nec aīe patit̄. sed in requie beata letatur. tu
vō ⁊ modo cruciatū in aīa habes. ⁊ postea
simul in coꝛpe ⁊ anima toꝛquēdus cōdem
naberis. ¶ Hec meditare inter temptatō
nes tuas ⁊ dño aspirante cessabit earuꝫ im
petus. Nam solet ardoꝛ ardoꝛe expelli. ⁊ la
boꝛ laboꝛe grauioꝛe minui. Sta ergo in lo
co illo quē elegisti. ⁊ eleua patiētie clipeuꝫ
cōtra ictus temptationū moꝛi eligens ma-
gis ꝙ̄ credere antiqui hostis vexationibꝰ.
Qui vicerit ait spūssanctus. faciam illū co
lumnā in paradiso dei mei ⁊ scribam sup
eum nomen patris mei nomen ciuitatꝭ no-
ue hierlm. Insup sanctoꝝ exempla intue-
re. ⁊ eoꝝ suffragia iugiter quere. Memēto
ꝙ̄tum sancti ꝓ vita eterna laboꝛauerunt.
in qua nūc cum christo sine fine regnantes

gaudent. Quãto in mundo despectiores et pauperiores fuerũt/tanto nũc gloriosiores et nobiliores in celo fulgent. Propter amorem igit christi/et locus et status inferior sp plus placere debet. et dulcescere cordi tuo. quia vanitas est in hac vita aliquid appetere. Quanto in inferiori et humiliori statu quis fuerit/tanto verius sepe bona agit. et facilius habita custodit. Si alij precedunt nos/quid ad nos? Sequamur iesum humilitate et simplicitate et nõ curemus humanam vanitatem. Nos propter xpm stulti ignobiles et infirmi. Nos propter illum libenter simus abiecti et nouissimi reputati. Ego inquit sum vermis et non homo obprobrium hominũ et abiectio plebis. Que maior gloria q̃ cum xpo gloriari in cruce. Que maior cõsolatio cordis. q̃ portare viuentem imaginẽ crucifixi. Confortare igitur et esto robustus. et ne timeas quia ego tecum sum vt liberem te dicit domin⁹. Compassus tibi locutus sum tanq̃ infirmo vt pariter in domino cõsolati per ipm cõualescamus in ipo. Amen.

Epistola de conuersione et pseuerãtia in bono pposito.

Dilecte frater/intime congaudeo tibi/qr inuenisti locũ deo seruiẽdi. Sit dñs noster ex hinc benedictus q te dignat⁹ est vocare ad suũ seruitiũ. Agnosco hanc vocationẽ donum dei esse qm̃ nõ ex meritis tuis sed sm misericordiam suã/de seculi vanitatibus te eripuit. et in electã societatem pduxit/vbi audires atq3 oculis etiã cerneres: qualiter illi fratres. Quã multi diuites nobiles et potentes/quã multi sapiẽtes lrãti et famosi adolescentes in hoc seculo miserabiliter fluctuant et abijcere iugum dyaboli a suis ceruicibus nõ preualent. nec illo spiritu adhuc mouent̃. vt seculo renuncient. ¶ O vanitas vanitatũ. mundum diligere/et que dei sunt minus curare. venit tempus veniet cito tempus qñ omnes seculares et carnales delectatões/simul finẽ habebũt. Et tũc relinquent vel inuiti p̃sens seculũ qui modo voluntarij nõ sunt/abrenunciare pompis eius. Tu aũt dilecte frater maiorem gratiam a domino accepisti. quia inter tot sodales tuos/a multis piculis corporis et aĩme a laqueis dyaboli es preseruatus et in loco apto ad saluandã aĩam tuam constitutus. O quãtas gratias deo debes q tibi regnũ suũ pmerendũ obtulit/qd diues pecunia possidere nõ potest. Et q3 mirãda dei gratia vt inualidus et impitus sanctoꝝ viam fortiter ambulet. qua3 robustus et doct⁹ vix sequi valet. Recogita vbi nam sunt olim tecum studẽtes. vbi illi familiares socij cũ quibus viuere et ludere sm carnẽ dulce erat cũ quibus pegrinari in remotis partibus nõ amore xpi sed cupidine temporalis processus et lucri iocundũ tibi videbat̃. q3 multi iam obierũt q̃3 multi etiã vagi in seculo remãserũt. Bene de ipis cum sancto moyse dicere potes cõsideratis finib⁹ eoꝝ. Utinam sapent et intelligerẽt ac nouissima prouiderẽt. Audisti alios romã pgere et p beneficijs laborare. Alios parisius residere et ad magisteriũ tendere/alios pceptis dignitatibus et p̃laturis/in medio populi ia3 exaltatos esse. Tu aute3 quid? Gratias deo quia nihil hoꝝ attemptasti imo et propter xpm iam veluti stercora ista mundana culmina et gaudia reputas. adiecisti etiam teipsum contẽnere. loquẽs cu3 beato Dauid. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis q̃3 habitare in tabernaculis peccatoꝝ. Tu itaq3 elegisti hodie dominũ deũ in patre3 cui seruire regnare est. p quo humiliari in p̃senti seculo/eterne exaltationis tibi causa erit. p illo labor requies. penurie diuitie. contemptus honor tribulatio cõsolatio. infirmitas robur. meror gaudiu3 tibi semp sit. Et quo purius et ardẽtius eum amaueris eo viliora terrena oĩa censeb̃. ¶ Caue tam̃ charissime ne aliquando pmittas maligni spiritus consiliũ intrare cor tuum vt contristeris quia amicos et socios reliquisti. et q̃a ipsi iam magni domini effecti nunciant̃ et tu adhuc pmanes in innocentia tua. Noli audire eos qui te in aliam viam conãtur trahere/et dicunt/vsq3quo sic transies? et q̃re ad altioris status gradum non tendis? nec aliud opus inchoas vnde alijs etiã aliquem fructũ feras. Solet enĩ dyabolus p⁹ aliqua tpa cõuersionis/tẽptare seruũ dei de p̃teritis rebus in seculo. de amicoꝝ visitationib⁹. de multoꝝ socioꝝ suoꝝ conuersatõni

bus/quatinus talibus cogitatonib⁹euz re-
trahere possit ad seculū. aut impedire a p-
fectu ꝛ ab obliuiōe mūdanoꝝ. ¶ Sed Q
crede expertis/nocet ꝯuo dei mēoria ꝛ re-
tractio vite secularis q̄ nōdum plene sibi ē
mortu⁹. Nocet etiā psuasio blanda multo
rū loquētiū d̄ altiori gradu. ꝛ meliori loco
qui veluti sapiētes/prudēter consulere vo
lūt. sed sensum xpi/in abiectōe ꝛ humilita-
te/in fuga mūdi ꝛ tenore artioris vite n̄ ha-
bent. Nam nudū xp̄m sequi aut recusant
aut pigrescūt incipe. Ne videant̄ proximis
solatiū subtrahere. Et q̄ gratiā nō sentiūt
quibus deus sibi seruiētes ꝛ omnia relin-
quētes imbuit ꝛ cōfortat/ durū sermonez
hunc eē dicūt/oibus amicis ꝛ rebus ꝓpriȷ̄s
abrenūciare. Et sicut ipi sapiūt. ita ꝛ alijs
libēter psuadent. Sed contra tales loquit̄
sentētia saluatoris. Cauete inquit ab ho-
minibus. Multi em̄ sunt q̄ pulcris sermo
nibus/ꝛ aptis (vt ipsis videt̄) rationibus
viam leuē ꝛ planā ꝯmēdare sciunt. ꝛ homi
nem impium quādoq; iustificāt ꝛ laudāt
atq; p tales ꝯmones/bene pficientem ꝛ fir
miter stantē/quādoq; vacillare faciunt. Ue
rūtamen deus conuertit dentes eoꝝ in ore
ipsoꝝ/ quia iuxta iter sanctoꝝ nō ambulāt
neq; loquūtur. Non veniat aīa mea in cō
cilium eoꝝ. ꝛ domus eorum longe sit a me
¶ Ideoq; frater dilecte nunq̄ placeat ti-
bi talia audire ꝛ multominus credere vel'.
Siue em̄ dyabolus instigat siue homīes fa
bulent̄. qd̄ incepisti in eo pmaneas obse-
cro. Recurre ad euangeliū ꝛ optimum au
dies remediū. Quid ꝓdest homini si lu-
cretur vniuersuz mūduz/seip̄m aūt perdat
Hoc apud te semp retine. ꝛ cuiusuis ma-
nus pugnauerit cōtra te. scuto euangelico
vtere. ¶ Sed solent quidā homīes sine spi
ritu ꝛ sciētia dei obijcere qn̄q; seculo renū
ciantibus. Ergo q̄ in seculo sunt pibunt/ꝛ
vos soli salui eritis. Aut non pōt aliquis
venire ad celū. nisi ita viuat sicut vos viui
tis. Quid fabulamini sic iniuste cōtra deū
ꝛ seruos dei? Neq; hoc xp̄s dixit. neq; ser-
ui eius ita locuti sunt. Benefacite iuste vi
uite/ ꝛ mādata dei custodite. ꝛ nemo vobis
salutē negabit. Ad hec illi iterato. Māda
ta inquiūt vellemus ꝯuare. sed non possu-
mus si debem⁹ lucrari victum ꝛ necessaria

vite/oportet nos sepe contraria agere. Qui
cum seculo cōuersamur secularia negocia
quō cauebimus? Si ista pfecte cōsideratis
ꝛ picula atq; fallacias mūdi nō ignoratis/
quid ergo obloqmini q̄ ꝯui dei mūdum
fugiūt? ꝛ monasteria deuotoꝝ aut congre-
gationes intrāt vt deo tali sine impedimē-
to ꝯuiāt. Si imitari nō vultis aut nō vale-
tis/ad minus congaudere ꝛ adiuuare bo-
nos ꝓ vr̄a salute deberetis. Sed nō pl⁹ fra-
ter de istis/q̄ nec talit̄ loquētes excusatōez
hn̄t de pctis suis. Cōstanter igit̄ age. xp̄s q̄
tibi incipe donauit. ip̄e pficiet ꝯsolidabit-
q;. in finez ꝓpositū tuum. Ecce tp̄s breue.
mors incerta. oīa caduca in mūdo ꝛ vana.
Multi iaz in sepulcris fetēt q̄ diu se viuere
estimabāt. Recesserūt a mēoria hoīm q̄ in
ore versabant̄ oīm. Colit mūdus p̄sentes.
absentes nescit. deserit morīētes. Beatius
ergo contēnere fallacē ꝛ sequi veritatē que
nobis pariter cōcedat vitā eternā.

Epistola de pia me/ moria defunctoꝝ.

R m Multū iā tp̄is p̄terijt dilecte
frater. q̄ decreuerā aliq̄d ꝓ pia
mēoria defunctoꝝ charitati tue
insinuare/ ꝛ maxīe parētū nr̄oꝝ
ꝛ amicoꝝ specialiū oīmq; deuotoꝝ q̄ꝝ no-
mina de⁹ in libro vite scribere dignet̄. ꝛ int̄
sctōs suos collocare aīas eoꝝ in celis/ sicut
ꝛ corpa apd̄ nos sepulta sūt ī t̄ris. ¶ Nos
debem⁹ libēter ꝓ eis ꝛ ꝓ oibus fidelib⁹ de-
functis orare. q̄ hoc op⁹ summe charitatis
est ꝛ miscdie. Sicut igit̄ nob subuenire p⁹
mortē desideram⁹/ita ꝛ eis q̄tū meli⁹ possu
mus dn̄o opitulāte subuenire laboremus.
Qui em̄ ꝓ aīaꝝ liberatōe fidelis ꝛ sedulus
fuerit. nimiꝝ ꝛ sibiipi plurimū ꝓficit. cū ꝓ
talib⁹ orās nequaq̄ se spoliat fructu oratio
nis. ꝛ insup sibi recordatōez mortis addu
cit. ꝛ vix sine ꝯpūctōis gr̄a ad solita redit:
sciens q̄ oēs viā vniuerse carnis ingressu-
ri sum⁹ ꝛ qd̄ illi iā expleuerūt/certissime si-
bi cōstat futuꝝ. ¶ Orem⁹ igit̄ ꝓ caris no-
stris. q̄ p⁹ modicū ip̄os seqmur. ꝛ cū meli⁹
habuerit. oino ī eadē necessitate recordabū
tur nr̄i. Nō sit fides nr̄a oreten⁹. neq; q̄ ī fa-
cie sūt respiciam⁹ s; dilectōz faciam⁹ siue pn̄
tes siue absentes corpalr̄ fuerimus. Chari

tas ei nūq̃ excidit. ⁊ q̇ ſe ī ỽitate diligunt/ ſe ipos obliuiſci nō poterūt. In neceſſitate ꝓbat amicꝰ fidelis. Etem̄ impiū ⁊ crudele nimis/ ſi videas fratrē tuum aut cordis tui amicū. carceri traditū vł flāmis iniectum nec moueri ad fletū. ⁊ cū manū porrigere poſſis/ nihil agis charitatꝭ. ac etiā ſi loq̄ aliq̄d ꝓ eiꝰ q̄ueris libatōe clauſo ptrāſies ore. ¶ O fidelē ſamaritanū/ q̇ viſo hoīe vulnerato a latronibꝰ ⁊ expoliato/ miſcōia motꝰ ē. Heu heu pincernā mgr̄o q̇ oblitꝰ ē ioſeph ſui interp̄tis/ cū ď carcere eēt eductꝰ. Sic timeo ꝙ mł̄totiēs ↄtingit. cū aliq̇s amicorū obierit ꝓ ſe inſtanter orare petierit/ ac fidei vincītiū ſe ↄmēdauerit/ ꝙ nōnūq̃ obliuionē accipit. aut puā ⁊ tardā ſentit aduenire expiatōis hoſtiā q̃ ſperaſſet. Propter q̄d dilectiſſime. meip̄m ⁊ te parit̄ amoneo vt pietatis oculū freq̄nt̄ dirigamꝰ ad mēoriā defunctoꝝ. Et q̇cq̇d ꝓ eoꝝ abſolutōe nouerimꝰ ꝓdeſſe/ deuota exeq̄mur feſtinatōne. ꝑōderātes q̃ ḡui tenent̄ tormēto. ⁊ q̄ niſi purgati fuerint/ ad req̇em tranſire nō pn̄t. Eoꝝ etem̄ ↄſolatio/ maxīe in xp̄i meritis ⁊ ſc̄toꝝ ſuffragijs ⁊ fideliū ↄſtat oblatōibus. Simꝰ ergo feruētes ad ſoluēda bn̄ficia ſalutaria ⁊ deuote oremꝰ ꝓ eis generalit̄ ⁊ ꝑticulariter. Attēde vigilias legamꝰ libēter ⁊ ſepiꝰ ad miſſā miſtremꝰ ⁊ cū ſacerdote vota labioꝝ nr̄oꝝ ī ↄſpectu veri ⁊ ſūmi ſacerdotis offeramꝰ. q̄ ē hoſtia digniſſima ad exhauriendū oīm pctā. In illa hora dū xp̄s ī altari inter manꝰ ſacerdotꝭ deo pr̄i ꝓ ſalute viuorū ⁊ defunctoꝝ offert̄. teip̄m cura cū oībꝰ tibi ī orōne ↄmēdatis offerre acq̇ſitōez ⁊ poſſeſſionē ꝑpetue ſalutꝭ. ⁊ vt oēs ſint ꝑticipes hꝰ p̄cioſiſſimi ſacrificij q̄d īmolatū ſcł̄ ī cruce ſufficiēs ē p̄ciū ꝓ pctīs totiꝰ ſcł̄i hēas tūc ſpecialē mēoriā eoꝝ q̇ tibi ſunt ↄmēdati. ⁊ recita noīa eoꝝ ī pn̄tia xp̄i. ⁊ reuerent̄ ac deuote ſepiꝰ flecte genua cordis tui vbi ↄſiſtꝭ añ fontē miſerationū dn̄i. ¶ Quotiēſcūq̇ etiā te ad ꝑceptōez corpis xp̄i p̄paras/ ⁊ ꝑceptū tecū habes/ eſto q̇ſo mēor fideliū defunctoꝝ ⁊ implora tāto ardētiꝰ miſcōiā eiꝰ q̃to certiꝰ retines ī te pignꝰ etne redēptōis. Sepe ď mane. ſepe ď veſpe ſed ī labore ⁊ tp̄e ſcp̄ture. cariſſimoꝝ tuoꝝ recogita obitum. quō habeant ⁊ quō aliq̇d facias ꝓ eis q̄d ipis pōt ꝓdeſſe ⁊ tibi nihil obeſſe. ¶ Añq̃ comedā/ ſpiro ait ſctūs Iob. Ex q̄ ỽbo pietatis ⁊ ↄpaſſiōis innuit̄ opꝰ: vt nunq̃ cibū corꝑalē ſumas/ niſi priꝰ fidelibꝰ defunctꝭ aliquā ſpiritalē elemoſynā mittas. Ego noui aliquoꝝ talē eſſe cōſuetudinē qui ſigno refectorij facto/ ſe expediūt/ ⁊ vacant orationi ad refrigeriū animarū fideliū quorum elemoſynis ſuſtentant̄ ⁊c̄.

¶ Finiunt epiſtole.

Incipit tractatꝰ eiuſdē de paſſiōibꝰ aīe editꝰ. āno. M. cccix.

Paſſionē feruorē. effectū ⁊ originē cognoſcere ꝓdeſt aīe ad deuotōis ſcolā vocate. ¶ Sane q̄cadmodū ſumma viciorū eſt tranſiſſe in affectū malitie/ ita vt ipſū iam vitiū ex intimo ſenſu placeat. ſic culmē ỽtutis eſt/ trāſiſſe in affectū iuſticie. Affectꝰ ỽo/ vel ē paſſio ab agēte de relicta in potentia cognoſcente. vel ſilitudinē hꝫ paſſionis. Nō eſt aūt deuotio ſine affectōe. Nam deuotio quid aliud eſt/ q̃ extēſio vel eleuatio mētis ī deū ꝑ piū ⁊ humilē affectū. ¶ Rurſus. oīs ỽtus cū ſit affectio moderata ⁊ ordinata. viciū ex defectu modi ⁊ ordinis ī affectibꝰ ꝓueniat/ nūq̇d nō ſalubris erit affectionū paſſionaliū cognitio? Paſſionū q̄ꝓpe ignorata q̄litate/ neq̇ ỽtutū/ neq̇ habituū/ īmo nec ipius hoīs neq̇ temptationū ſuarū multipliciū/ poterit ſufficiens noticia vel ars adipiſci. Quo pacto deniq̇ ſicut oꝑtet orabimꝰ mēte. orabimꝰ ſpū iubilātes in cordibꝰ nr̄is ⁊ laudātes deū in pſalterio decacordo cū cātico in cithara. ſi deſideriorū ⁊ affectionū q̄ ſuaue hanc armoniā reddere hn̄t/ naturā ignorauerimꝰ. ¶ Sentiūtur ab idiotis ⁊ ſimplicibꝰ aliq̄n exꝑimētaliter tales affectꝰ nec negamꝰ. Ueꝝ tn̄ additio doctrine multū ↄfert. Hac ↄſideratōe ꝑmoti ſunt ſcti pr̄es. noīatim poemē ⁊ arſeniꝰ/ in q̄ꝝ ore vix aliq̇d niſi de paſſionibꝰ aīaꝝ/ ſmo ỽſabat̄. ¶ Preſentē igit̄ materiam de paſſionibꝰ ⁊ eaꝝ ↄditionibꝰ/ de cauſis ⁊ effectibꝰ. de mō q̄ꝫ vtendi eis/ placuit ſub aliq̄bꝰ ↄſideratōibꝰ ꝑtractare. id q̄d reliquū erit (multa aūt relinq̄nt̄) īuenient̄ apd ſctm̄ tho. in p̄ma ſcđe. vij. q. xxij. ⁊ deinceps. Additis q̄nos allegat doctoribus.

Prima consideratio

p
assio ē inclinatio q̄dā vel coaptatio seu situdo ꝛ ꝯueniencia / derelicta ab agēte ī passuz. p quam trahit̄ quodāmō ipm passuz ad agēs aut eidem coaptat̄ vel assimilat̄ refugit ꝯtrarium. ¶ Certe queādmodū ignis generās ignē ex aere / relinqt in igne genito caliditatē ꝛ leuitatē q̄ leuitas suo pondere vel tractu mouet sursum ad simile ignē. ꝛ dū illic ē qescit. odit v̄o locū deorsuz tanq̄ sibi nō ꝯueniētē ꝛ refugit ipm neqȝ quietē hȝ in illo. Sic hō ꝓportionabilit̄ affect⁹ per amorē ad aliqd inclinat̄ ad illud. Et si nō habet / desiderat seu cōcupiscit ipm. Et si adipiscit̄ quiescit delectat̄ in eo. Odit v̄o cōtrariū ꝛ abhorret approximatōez eius. ꝛ si ei cōiungit̄. dolet seu tristat̄. Et he sunt sex passiones tres respectu boni simplicis. ꝛ tres similiter respectu mali. ꝓut infra docebit̄. amor. cōcupiscētia. delectatio. odiū. fuga. dolor. vel inquietudo.

Consideratio secūda

p
Assio quelibet insequitur cognitōez vel ꝯiunctā vt in cognitiuis. vel nō ꝯiunctā vt ī nō cognitiuis. ¶ Habet itaqȝ q̄olibet ens naturale suas inclinatōnes certas; tanq̄ȝ rememoratū ꝛ directū ab intelligentia nō errāte que deus est. Agit quippe deus oīa tanq̄ȝ bonū summū suiȷ̄pius diffusiuū. ꝛ ꝓpter seipm creauit oīa tanq̄ȝ finis omniū. Ideo bonū qd̄ habet ratōnez efficientis ꝛ finis ponit̄ a beato Diony. p̄muz nomen dei. ¶ Consequēs est igit̄ q̄ in re qualibet derelinquat de⁹ passionez. que sit assimilatio quedā vel coaptatio ꝛ ꝯueniencia vel inclinatio ꝛ tendētia ad ipm. ſm ordinem sue sapiētie. in qua fecit oīa in numero pōdere ꝛ mēsura. ¶ Hec aūt inclinatio generalis ad finem vltimū p fines pticulares ꝛ ꝓximos / nomīat̄ q̄nqȝ appetit⁹ vel affectio naturalis. q̄nqȝ pōdus rerum q̄nqȝ tractus seu tendētia q̄nqȝ amor insitus. q̄nqȝ lex. q̄nqȝ regula. q̄nqȝ instinct⁹. q̄nqȝ eqtas naturalis. q̄nqȝ fedus rerū stabile. quādoqȝ sensus nature. aut aliquo tali vocabulo. Sed res eadē est. que sepe nihil dicit supadditū ad ipam naturam. neqȝ vt accidens neqȝ vt habitus. sed vt ipa natura taliter instituta que ex agēte deo ꝛ disponēte omnia fortiter atqȝ suauiter / habet tendere in talem vel talē finem ꝛ moueri ad illū si absens sit. nisi impediat̄. ꝛ quiescere in adepto. odire vero cōtrariū. fugere quoqȝ. nec in illo quiescere. ¶ Hoc somniasse visus ē. Eraclitus dicēs omnia fieri p litē ꝛ amiciciam. Hoc quoqȝ vidit Aristo. enūcians bonū eē quod oīa appetūt. ꝛ hūc eē finem omniū deū cōfessus est. qui solus sicut ē ineffectibilis ab alio sic impassibilis sol⁹ inuenit̄. tā passiōe pfectiua vt ē illumīatio ī celo. q̄ defectiua sicut dolor in corpe animato. Nisi fortassis qs abuti ausus diceret in emanatōibus diuinis repiri passionē. sicut generatōez filij passiuā dicim⁹. ꝛ similiter passiuā spūssancti spiratōez.

Consideratio tertia

p
Assio sequēs cogitatōez cōiunctam reperit̄ in om̄i v̄tute cognitiua in qua passiōes derelicte ab agētibus inchoant̄. ꝛ termīant̄ in appetitiua v̄tute. ita vt passio talis / generali nomīe describi possit q̄ ē inclinatio vel motus ꝓueniēs ex cognitōe vel app̄hēsione alicui⁹ vt cōueniētis vel discōuenientis p̄sentis vel absentis. ¶ Et siquidē motus ille qui q̄nqȝ successiu⁹ ē q̄nqȝ pmanēs vel immanens sicut est amare. Si inquam consequitur cognitionem pure sensitiuam sic dicitur passio animalis. Si vero sequitur cognitonem ipius rōnis deliberantis vel dictātis de pticularib⁹ agēdis sic dicit̄ passio volūtaria vel rōnalis vel cōsciētiosa. Si v̄o sequit̄ cogitatōz pure intellectualem seu mētalē / in cui⁹ lumīe cognoscūt̄ prima principia moralia. sic pōt nomīari passio sinderisis vel mētalis excessus vbi fit raptus ꝛ extasis. ¶ Et ita quadruplex gen⁹ passionū pōt apud hoīez inueniri naturaliū. aīaliū. rōnaliū. ītellectualiū. ¶ Et q̄m apud pħantes p̄ncipalis ſmo est de passionibus cōsequētibus cognitōz sensitiuā / tā in aīalibus q̄ȝ in hoībus / eo q̄ illas transmutat̄ corpus trāsmutatōe sensibili / ꝛ ad transmutatōes istas sıb̄ ipe passiōes aliq̄n cōsequūtur. Existimamus idoneū tracta=

re p̄mo separatim de passionib⁹ h̄mōi aīalib⁹
quib⁹ cognitis facile erit p̱ sil'itudinē ꝛ co-
aptatōez de reliq̄s tā naturalib⁹ q̄z volūta-
rijs q̄z intellectualib⁹ habere ꝓmonē.

Consideratio quarta

p Assiones aīales/cognoscunt̄ ex subiecto ꝛ obiecto ꝛ effecti-
bus. ¶ Sūt ēqdē subiectū ē vis
appetitiua sensual'.q̄ respicit bo-
nū tp̱ale p̱ticulare hoc vel illud tanq̄z sibi
ɔueniēs.ꝛ malū tanq̄ discōueniēs ꝛ h° sub
rōne cōmodi vel incōmodi.q2 rō iusti pro-
prie nō ē ibi nec ꝓm eā ꝑp̄e sumunt̄ passio
nes.s; magis ip̄e v̄tutes/in ip̄a rōe ꝛ mēte.
¶ Causat̄ ergo mot⁹ q̄dā i appetitiua v̄tu-
te/ɔseq̄nter ad app̄hēsiōez v̄tut̄ cognitiue
sensual' exterioris vl' interioris cui⁹ obiectū
est ver̄ simplex velut q̄dā adequatio rei co
gnite ad cognoscētē.bonū v̄o sup̱addit cō
ueniētie rōnez. ¶ Et q̄m bonum cōmodi
pōt cōsiderari absolute sine cōtractōne ali
qua vel cōsiderat̄ nūc vt absens nūc vt p̄-
sens.nūc vt arduū ꝛ difficile.atq̄ ita ꝑpor
tionabiliter de malo. Propterea ꝓm h° di-
uersificat̄ vel ramificat̄ v̄tus appetitiua.et
similiter passiones. ¶ Est quippe viriū ap
petitiuar̄ alia cōcupiscibil' alia d2 irascibi-
lis.quar̄ distinctio sumit̄ ex obiectis.nam
vis ɔcupiscibilis respicit bonū vel malum
nō sub rōne aliqua difficultat̄ vel arduita
tis. Sed q̄m multa sup̱ueniūt nata impe-
dire ɔcupiscibilē in sua inclinatōne vel ten
dentia vel q̄ete circa bonu;.ꝛ in odio fuga
vel inq̄etatōe circa malū.hinc data ē ei tan
q̄ ꝑpugnatrix ip̄a v̄tus irascibilis que tē-
dit in bonū adipiscēdū vel malū depellen-
dū/nō vt simpliciter tale s; vt arduū ꝛ dif-
ficile adipisci vel euadi.quale nullū in deo
rep̱it̄ ideo nec irascibilē h̄n̄t vllā.

Consideratio .4.

p Assionū numer⁹ ꝛ sufficiētia sumit̄ tā a subiecto q̄ ab obiecto
Uis itaq̄ ɔcupiscibilis vel respi
cit bonu; cōmodi absolute.ꝛ sic
causat̄ amor vel libido/q̄ vel q̄ ē coaptatio
vel inclinatio q̄da;/ad bonū cōmodi. Uel
respicit illud vt absens. ꝛ sic causat̄ deside-
riū ꝛ ɔcupiscētia seu cupido vel cupiditas
quasi satagēs illō adipisci. Uel respicit bo-
nū cōmodi vt iā adeptū. ꝛ sic causat̄ dele-
ctatio vel leticia vel voluptas. Dicendū q̄;
est ꝑportionabiliter de trib⁹ alijs passioni-
bus respectu mali seu incōmodi. Quale si
app̄hēdit̄ absolute sic causat̄ odiū quod ē
discōueniētia quedam ꝛ disproportio pas-
si ad ip̄m malū. Uel app̄hendit̄ malu; vt
absens.licet vt īminens.ꝛ sic orit̄ fuga vel
abominatio ꝛ horror. Aut app̄henditur
ip̄m malu; vt iam p̄sens ꝛ sic orit̄ tristicia
dolor ꝛ angustia cū similibus. ¶ Et ita sex
rep̱im⁹ passiones in ɔcupiscibili.tres respe-
ctu boni.amorē.desideriū.ꝛ delectatōez.et
tres respectu mali.odiū.s.fugā ꝛ dolorem.
¶ Rursus ip̄a vis irascibilis cū nō respici
at.bonū vel malū nisi sub rōne difficilis et
ardui ad adipiscendū/ vel fugiendū quale
nullū est bonū vel malu; vt p̄n̄s: ꝑpterea
manet solū in tendētia vel fuga.na; q̄cq̄d ē
p̄n̄s vel adeptū vt tale ē cadit in ɔcupisci-
bilis rōnē. Tēdit ergo vis irascibilis ī so-
lum bonū vel malū absens. tanq̄ difficile
ad obtinēdū vel refugiēdū seu depellēdū.
Et siquidem hoc fiat respectu boni futuri
cū fiducia adipiscēdi sic d2 spes. Si cū dif-
fidētia sic d2 desperatio. Si v̄o fiat respectu
mali futuri.ꝛ hoc cū fiducia repellēdi ꝛ op
pugnādi sic habem⁹ audaciā. Si cū diffidē
tia sic met⁹ aut timor exorit̄. Et vtrobiq̄; fi
ducia vel diffidētia pōt inueniri.nūc cum
certitudie/nūc sine certitudie/q̄uis iste pas
siōes certitudinē mag̃ iportare videātur.
¶ Sic ergo q̄tuor habem⁹ passiōes in ira-
scibili/duas respectu boni difficilis futuri.
ꝛ spē ꝛ desp̱atōez.ꝛ duas respectu mali fu-
turi difficil' audaciā ꝛ metū seu timorē Su
peraddit̄ q̄nta passio respectu mali p̱teriti
quā dicim⁹ irā dū vis irascibil' assurgit ad
vīdictā illate īiurie q̄ īiuria app̄hēdit̄ vt le
siua ꝑprie excellētie.ꝛ inductiua minoratio
nis seu vilipēsiōis.iō q̄rit̄ vicissitudo q̄dā
lesiōis q̄si agēs ɔ̄ patiat̄ vt dignū est.ꝛ sic fi-
at quedā eq̄litas. ꝛ hoc app̄hēdit̄ ꝛ diffici-
le vel arduū. ¶ Sed cur hec passio non h;
ɔtrariā? R̄ndem⁹ q̄ v̄tus irascibilis sic of-
firmat̄ q̄ nullo mō satagat vel audeat as-
surgere in vindictā iniurie iā illate.h° n̄ fit
nisi duplici cā. Una q2 malū app̄hēdit̄ vt
p̄n̄s ꝛ ineuitabile. ꝛ ita cadit sub rōne tri-

ftabilis ⁊ dolorosi. nec exit ↄcupiscibil' rōez aut hoc fit q̄r vis irascibilis non satagit in vindictā ⁊ ita cadit a ratione ire. quia repa tat q̄ iniurias satis cōtra passus est aut cō tra patiet̄ absq̄ vlla difficultate quādocun q̄ placuerit. ⁊ ita quietat̄ seu quiescit ⁊ q̄dā modo delectat̄ tanq̄ in adepta victoria. et hoc iterum ad concupiscibilis rationem.
¶ Hic sequitur arbor.

Cōsideratio .6.

p Assionū aīaliuz/ p̄ma ⁊ velut vnica radix/ est amor seu libido.
¶ Amor q̄ppe aīalis est inclinatio vel mot⁹ cōsurgēs in aīali. ex apphēsione boni vel tāq̄ boni sibi. vtpote q̄r valet ad suū eē vel bene eē ↄseruādū. Cū igit̄ bonū prius sit q̄ malū (nā malū non dr̄ nisi p̄uatio boni) ⁊ habit⁹ nō est dubiū prior est p̄uatōe (vn̄ nec aliq̄d odio habet̄ nisi q̄r alicui q̄d diligit̄ apphēndit̄ eē contrariū) supest vt oēs passiones respectu boni/ p̄cedāt eas que directe ⁊ de p̄rimo malū respiciūt tam in cōcupiscibili q̄ in irascibili. Inter eas v̄o que circa bonū versant̄. vt sunt desideriū. delectatio. spes. desperatio. amor q̄ absolute bonū respicit. p̄cedere h̄z passiones habētes ⁊ p̄ obiectis bonum vt absens. vel vt iam adeptū. vel vt futurū et arduū. aut sub aliqua tali cōtracta ratione.
¶ Habemus cōsequēter q̄ vis cōcupiscibilis/ prior ē ad irascibilē/ q̄uis passiones irascibilis frequēter ad cōcupiscibilē terminent̄. vt spes aut audacia ad delectatōez si vincāt. desperatio ⁊ metus ad tristiciam si vincant̄ cadūt. ¶ Inueniemus p̄terea q̄ omnes passiones/ reducūtur ad quattuor principales. duas in ↄcupiscibili que sunt delectatio ⁊ dolor. ⁊ duas in irascibili que spes ⁊ metus appellant̄. Sed ⁊ sub generaliori cōsideratōe omnes reducunt̄ ad duas s̄m duplicem ratōez. s. boni ⁊ mali. ⁊ ille sunt delectatio ⁊ dolor. Tandē fit omniū ad vnā velut radicalē originem reductio. scilicet ad amorē. licet cōsummatior ⁊ principalior passio sit delectatio. cōsequēs hūc amorē vt quiescit in re iaz adepta. ¶ Amplius vero licet amor seu libido sit prima passionū/ sortit̄ tamē ip̄a cōcupiscibilis nomen a cōcupiscētia vel cupidine. Etiaz s̄m fictionē poeticā dr̄ q̄ cupido deus amoris est ⁊ filius veneris. ⁊ hoc q̄r bonū absens vel desideratū magis facit se sentiri ceteris paribus rōe defect⁹ ⁊ indigētie tāq̄ opposita iuxta se posita magis sentiāt̄. Silr̄ em assignare possum⁹ causaz. cur irascibilis ab ira poti⁹ q̄ a spe vel audacia noīet̄. Ira q̄ppe respicit minoratōez seu vilipēsionē. q̄ int̄ mala maxime fugit̄. sicut ex aduerso excellētia magis appetit̄. ⁊ ita appetit̄ vt vite p̄prie aliquādo p̄ferat̄ quēadmoduz introducit poeta. Euuall⁹ r̄ndit ad nisum. Et hic est anim⁹ mortis ↄtemptor ⁊ illū. Qui vita bene credat emi quē queris honorē.

Consideratio .7.

p Assiones oēs ī aīalib⁹ brutis/ cēsende sunt bone ⁊ pulcre. Exempli grā audacia ⁊ aīositas in leone ⁊ gallo. ira in tigride ⁊ apro. volupta in porco hirco ⁊ passere. timiditas in lepore ⁊ oue. fraudulētia in vulpe. adulatio in cane. supbia in equo. tristicia melācolica in catto. auaricia ī cornice. ¶ Itaq̄ passiōes iste. neq̄ male sunt vel deformes ī genere mor̄. cū desit ip̄is aīalib⁹ lib̄tas arbitrij/ in q̄ fundat̄ rō laudis vel vituperij. Neq̄ turpes dici p̄nt aut male ī genere ent̄ q̄m ens ⁊ bonū ⁊ pulcrū ↄuertunt̄. p̄ptea tandūdē h̄z q̄libet res sit substantia sit accidens de bono ⁊ pulcro quantū de ente. nec h̄re pōt malū ↄtrarium. Ampli⁹ v̄o q̄libet res natural' dirigit̄ in suis motib⁹ ab intelligētia nō errāte vt dictū est/ iā ex s̄nia ph̄orū. cui ↄformās se Augu. dixit q̄ de⁹ sic res q̄s ↄdidit āministrat. vt eas p̄pos motus agere sinat: vbi aūt deest error ⁊ adest rei id q̄d sibi ē p̄priū. desit ⁊ turpitudo necesse ē. ¶ Q̄d passiōes ī brutis aliq̄n turpitudinis arguim⁹ vel horrem⁹ ⁊ odim⁹ ⁊ expugnam⁹ R̄ndem⁹ hoc ideo fieri. q̄r nob̄ ⁊ desiderijs n̄ris aduersāt̄ inferūtq̄ lesionē aut aliq̄ tali rōe. Mōstra p̄inde q̄ videt̄ eē pctā turpitudies ī natura/ quō ad cām p̄mā ⁊ finē vltimū relata pulcra sint: videre facile est.

Consideratio .8.

p Assiones animales/ in omnib⁹ viatoribus sunt vt plurimuz vituperabiles ⁊ male turpes. In-

uenimus hoc esse verū nō solū ex determi
natōe fidei. sȝ ex naturali deductōe si ꝑspe
xerimus cōditionē ⁊ finē ſm quē hō cōdi
tus est. Hō nāq cū sit nature rōnalis. ip
se factus ē vt discerneret inter bonū ⁊ malū
et vt magis bonū magis diligeret. Cōstat
vo deū esse summū bonū. Ordinatus est
igit hō ad cognoscēdū ⁊ diligēdū deū in
q stat sua iusticia. sua bonitas ⁊ glā. Opꝫ
qȝ vt hoc assequat aliqñ hō. alioquin fru
stra ⁊ insipiēter ad hūc finē fuisset ordina-
tus supra brutalē naturā. ¶ Ex hac radi-
ce veritatis phice sequit q hō dȝ summuȝ
bonū sūme diligere ⁊ magis q ꝑua bona
aut q mala. Debet ad opatōes ptis sue pn
cipalis q est rō magis inclinari q ad illas
corpis. Debet q̄to erit iustior iusticia mo
rali / vel nullo mō vel minus affligi. Debȝ
ſm portionē supiorē ⁊ diuiniorē ac liberā
dirigere inferiorē ⁊ ei libere ⁊ sine cōtradi-
ctiōne dñari. Debet hīe corpus suū tanq
instrm̄ cōforme rōni. imortali. s. nec impe-
diēs sȝ adiuuās rōnē. ac anim⁹ indigēs q
corpa inferiorū naturarū. ¶ Sed oīm isto
rū ac siliū videmus in hoībus ɔ̄riū ꝓpter
passiones corpis. q trahūt aiam ad dilecti
ones sordidas ⁊ malas. trahūt in errores ⁊
supsticiosas insanias. trahūt magl ad opa
tōes corpis q ad opatōes vtuosas. trahūt
ad obligationē. ignorantiā ⁊ inqetudinē
trahūt ad afflictōes ad rebelliones ad pe-
nā ⁊ mortem plusq in brutis ⁊ iniustis se
pe plusq ī iniustis. ¶ Quid supest / nisi cō
cludere tales passiones esse contra rectū ⁊
debitū ordinē nature primitus institute.
Hic aūt ordo nō aliter puerti potuit ⁊ pt
q ex culpa libere ppetrata p ingratitudinē
ɔ deū. sicut vidit q deplorās dicebat. Hō
cū in honore esset ⁊c̄. Sed heu iā nō silis
sed deterior ⁊ turpior. Sūt igit passiōes
hmōi vitupabiles. qz tollūt obedientiam
Sunt ⁊ male turpes / tāq priuātes in hoīe
ex viciosa radice modū spēm ⁊ ordinē. pre
ueniūt quippe iudicium rōnis qd opteret
subsequi. turbāt ligāt / atqȝ tyrānizāt dñi-
um rōnis. ita vt nimis sentiat homo illā
sniam. Corpus qd corrumpit aggrauat
aiam. Et illud. Jugū graue sup filios adā
Deniqȝ multi phorū expientia ⁊ rōne cōui
cti cōfessi sunt hāc corruptionē. sȝ ad verā

cām nequaq puenerint ¶ Tandē ex his
radicibus q multiplicius extēdi potuerāt
necessitas orit recreatōis hūane p media-
torē xp̄m deū ⁊ hoīem. alioquin finis hūa
ne creatōis in nihilū corruisset ꝓ tota spē
qz nō ad gloriā sue viuificatōis ⁊ fruitōis
sed ad penā eterne dānatōis tota deuenis-
set. qd sapiē diuine sueqȝ potētie ⁊ bonita-
ti / neqȝ decens / neqȝ rōnabile est ascribere.
deus quippe ⁊ natura nihil faciūt frustra
Hinc ortū habuit illa exclamatio ꝓphica
Nūquid em̄ vane cōstituisti filios hoīm
dans intelligi q nequaq. Notent tñ pro
his q dictat sequens cōsideratio.

Consideratio .9.

Passiones aiales / ꝓ statu natu-
re institute fuissent pulcerrime
¶ Huius rō est. qz nulla preue
nisset iudiciū rōnis. sed ad obsequiū ⁊ nu-
tū eius vel surrexisset vl' quieuisset. Sic in
xp̄o neqȝ dolorē neqȝ cōcupiam. neqȝ desi-
deriū. neqȝ spē / aut metū inuenire erat / aut
aliā passiōis cuiuscūqȝ siltudinē / nisi sub-
seqnter ad impiū ⁊ dictamē rōnis. ¶ Por
ro qlibet hō q̄to amplius ꝓfecerit in vtu-
tibus moralibus atqȝ gratuitis / tāto refor-
mabit ordo iste in eo. vt passiones nō pue
ant aut obruāt iudiciū rōnis. sed poti⁹ ad
ei⁹ iussionē moderent. Hic ortū ē diuinū
illud Aris. verbū. q ī virtuoso oīo ɔsonāt
rōni. Si tñ est in hoībus inuenire talē. pri
usq corp⁹ mortale hoc ē corruptibilitatē: ⁊
imortalitatē ⁊ absorpta fuerit mors ī victo
ria. ¶ Sic fortassis eleuare naturā hūanā
voluerūt ipi stoici dū dixerūt q vtutes sūt
impassibilitates. nō vtiqȝ q virtuosi nihil
sentirēt aut paterent / alioqn lapidibus es-
sent pares. Sed qz passionē qualibet / pue
nit / vtuosos. nec surrepit aliq velut effre-
nis atqȝ tyrānizās rōnē. Sed status talis
vtinā eque faciliter adqrert q pulcre ⁊ cito
describit ¶ Epicurei qz naturā humanā
in bestialē detorquebāt. nec aliquid porro
melius aut diuinius ponebāt in hoīe. di-
xerūt ɔ̄nr passiones oēs esse pulcras ⁊ opti
mas. Ita em̄ de bestijs iā diximus. ¶ Ce-
terū Aris. qsi mediū iter pgēs negauit pas
siones oēs bonas esse. qz multe pueniūt ⁊
impediūt rōnē. Negauit nihilomin⁹ oēs

iudicãdas esse malas ⁊ turpes. eas vicȝ q̃ rõne regerent. ¶ Puto ꝙ ex istis facile est elicere regulã generalẽ de morali bonitate vl' malicia passionũ. Buȝ em̃ passiões regi dñt ratiõe nec regũt. ille tũc iudicãde sunt aut criminal'r aut venialiter male. nã sensualitas in hoĩe pticipat de volũtario in hoc ꝙ ordinata est audire rõnem quã dũ renuit audire peccat ⁊ turpis est. bruta vo nullã hoc mõ hñt cũ ratione colligantiaȝ nec ordinata est eoꝝ brutalis obtpare rõni cõiuncte: quã nõ hñt. ¶ Sed orit̃ difficultas de pueris ⁊ fatuis nõ habentibꝰ vsum rationis primitus a natura instituté. intãtum sunt sui motus illi passionales turpes nõ hñtes modum spẽm vel ordinem qualẽ hũane nature postulasset ĩtegritas ita vt verũ sit iuxta hãc ꝯsideratione ꝙ nemo viuẽs ẽ sine pctõ sup terrã. etiã infans vnius diei. ¶ Solus xp̃s post pctm̃ ꝑmi hoĩs sicut habuit innocentiã originalẽ sic in solo regno aĩe sue/ seruata ẽ iugiter ab instanti sue ꝯceptõis/ talis obediẽtia sensualitatis ad rõnẽ/ q̃ lẽ ꝑmaria nature institutio in hoĩe plãtauerat. ¶ Et taleȝ neqȝ in ỽgine maria neqȝ in Johẽ baptista dum infantes essent inuenire erat. Quãuis hec destitutio nature. neq̃qȝ imputaret̃ tũc rõni ad culpã actualẽ vel mortalẽ vel venialẽ apud eos. sicut nec apud nos dũ infantes sumꝰ ⁊ dũ nõ hȝ rõ liberũ vsũ suũ: absqȝ oĩ p̃cedẽte culpa actualeȝ nr̃a. Secꝰ vbi culpa nr̃a in cã ẽ ¶ Nihilominꝰ eẽnt h̃ attendẽda multa circa ꝯditõȝ statꝰ innocentie. ⁊ eica liberũ dñim q̃ habuissȝ rõ ꝓ oĩ tẽp̃e supra sensualitatẽ tã in puericia q̃ in senio. tã motibꝰ potẽtiaꝝ naturaliũ cuius modi sũt nutritiua ⁊ vegetatiua ⁊ generatiua. q̃ sensitiuaꝝ sicut sunt imaginatiua ⁊ fantastica. ⁊ exteriores quinqȝ potẽtie de q̃bus nõ est hic dicẽdũ ꝑ singula sicut nec q̃lẽ dñiũ in istis ꝯp̃hẽsores fuerĩt habituri

Consideratio .10.

PAssionũ aĩaliũ generalis origo duplex inuenit̃. Prouenit eñ frequẽter a sensibꝰ exterioribꝰ agẽtibꝰ in ipsos sensus. vt in visuȝ. auditũ gustũ. tactũ ⁊ olfactum. Et hic modus in hoĩe ẽ velut ab inferiori. Proueniũt nihil ominus velut a supiori dum spũs rõnalis actualis hac vel illa cognitõe/ ex ꝯsequẽti volitõe vel nolitõe. ĩpat mẽbris ĩferioribꝰ mouẽs ea. Quẽadmodũ xp̃s horribilem mort' app̃hẽsionẽ ĩmisit a rõe insẽsualitatẽ. Talis ei colligatio iũgit portõȝ sẽsualẽ ad portõȝ rõnalẽ ꝙ vicissim actꝰ vniꝰ redũdant ĩ alterã. Quãuis in nõ ỽtuosis tractꝰ sensualitatis sit fortior. ⁊ ita fortior/ ꝙ nõ est in ptãte rõnis. nõ tãgit irruẽtibꝰ ꝑmis passionũ motibꝰ. lȝ sub ea sit appetitꝰ ille ⁊ dñet̃ eiꝰ taliter. ꝙ neq̃t ab inuita rõe ꝯsensum extorq̃re. Secꝰ in ꝑfecte ỽtuosis. secus in beatis. secꝰ in xp̃o. secꝰ p̃terea ĩ statu ꝑmario. de q̃ ꝓbabile ẽ sentire/ ꝙ nũq̃ nisi desup impante rõne potuisset q̃dcũqȝ sensibile forinsecꝰ agere ĩ sensus/ alioq̃n vix hũẽ ꝑt exitꝰ/ q̃n necesse sit ꝯcedere deceptões ⁊ errores potuisse ꝯtingere ꝓ illo statu. ⁊ passiones õ nccĩtate p̃uenisse rõnẽ. Expediũt aũt se leuit̃ q̃ sentiũt vt diximꝰ. Sane mõ nũc apud naturã destitutã ꝯ̃rio q̃n necesse est vt oĩs nr̃a cognitõ/ incipiat a sensu deorsum tunc aũt desursum semꝑ descẽdisset.

Consideratio .11.

PAssiones suas/ suo mõ dicẽdus est hr̃e spũs nr̃ rõnalis. Sil'r ⁊ rõ seu voluntas. ¶ Presupponẽda sũt h̃ oĩa q̃ de distinctiõe spũs et rõnis ⁊ sensualitatis tradidert̃ doctores sacri nõ discrepãtes in hoc a pħis eleuatis de q̃bus alio loco tractauimꝰ. dũ sciam de theologia mystica vtraqȝ/ declarare tã speculatiue/ q̃ practice conati sumꝰ. ¶ Et q̃ntũ patit̃ p̃ns breuitas/ dicimꝰ iuxta iã notata ꝙ sicut ad cognitõȝ sensualẽ. natꝰ est sequi q̃dã motꝰ ad ꝓsecutõȝ vel fugã dũ ap̃phendit̃ aliq̃d vel tãq̃ ꝯueniẽs vl' vt disconueniẽs. Sic suo mõ nata ẽ seq̃ q̃dã affectõ: longe tñ purior ad cognitionẽ spũs in lumine pure ĩtelligẽtie a fantasmatibꝰ denudate/ dũ se ad lumẽ eternũ desuꝑ cõuertit: q̃si ad speculũ q̃dã eternitatis. ⁊ ad montes eternos a q̃bus mirabil'r illũinat deus Volũtas sil'r dũ insequit̃ cognitõȝ rõnis q̃si mediã inter lumẽ spũs ⁊ cognitõȝ sensus/ hȝ in se motꝰ passionales suo mõ q̃ tñ nõ alterãt ꝑ se ĩmediate corpꝰ q̃r nec fiunt organo corporeo mediãte. queadmodum

passiones sensuales oriunt. quaꝝ effectus varij sunt in corpe: vt ad leticiā seqnit dilatio cordis. ad tristiciā cōstrictio ad iram supcalefactio. ad timorē frigefactio ꝛ ita ꝺ reliquis. Vñ cor in gaudio paulatim dilatat ꝛ maxie ad anteriora ꝑpter qꝺ moueri dr a medicis ꝟsus pectus. In tristicia vero paulatim ecōtra. s. ad interiora. ꝛ maxime ꝟsus deorsū. In ira ꝟo subito ꝟsus pectus In timore mouet ad oppositum subito. In verecūdia subito ad vtrūqꝫ. In angustia ꝟo paulatim. Et ita nō ponūt medici nisi sex passiones iuxͣ sex modos alterandi cor ipm ❡ Aiaduertat aūt studiosus diligent hāc de passionibus distinctionē. qm̄ multa videt inter sapiētes varietas de mō ponēdi vel negādi passiones. nisi ꝯcordaret eos ista ꝯsideratio siue distinctio. Posuerūt stoici passiones nō cadere in sapiētē. pnt Prosper improbat ex sacris literis Arist. sitūs eis ꝑ rōnes ab expiētia sūptas ꝯdicit. ❡ Sed intelligamus qd in re senciunt ꝛ eos statim cōuenire videbimꝰ. Concedūt stoici gaudiū sapiēti leticiā tollunt tanꝙ vanū aliqꝺ ꝛ ludicrū nec senex. Cōcedūt ꝛ sapiēti amorē ꝟtutū ꝛ odiū vicioꝝ et spem bonā. ꝛ fugā vl' horrorē inhonestatis. alioqn nullū in sapiente plusꝙ in lapide ꝟtutis locū linquūt. Negāt tñ in sapiēte timorē miscdiam dilectiōꝫ irā. tāꝙ egritudies ꝛ morbos animi pestiferos sicut nominat Cicero in de tusculanis ❡ Sic sentire visus est Boe. dū has q̄tuor passiones adijciēdas inquisitōe veritatis/ metrice iubet. Tu qꝫ. si vis. lumine claro. cernere verū. tramite recto. carpe callē. Gaudia pelle. pelle timorē. nec dolor assit. spēqꝫ fugato. nubila mēs est. vinctaqꝫ frenis. hec vbi regnāt. Quis tñ existimauerit boetiū: vel alterū sapientem. negauisse. quin plures ꝛ varij sint aīaꝝ nostrarū ad ꝟtutes ꝛ ad vicia spūales affectus. ❡ Ecce ꝙ differentia negatōis ꝛ ꝯcessiōis passionis inter pħos magis ex noībus ꝙ ex re pendere videt cū vera sit cōsideratio nr̄a: ꝙ passiones suas suo mō dicēdus est hīe spūs rōnalis. Sictr et rō seu voluntas. ꝓportionabiliter ad appetitum sensitiuū/ differenter tñ.

Consideratio .12.

Passiones spūales/ magis attēdende sunt aīe ad deuotionez vocate/ ꝙ sensuales. vt illas adipisci. ꝛ ꝺm eas affici mereat. Si em̄ deuotio est (sicut est) eleuatio mentis in deū/ ꝑ piū ꝛ humilē affectū vtiqꝫ iam affectus ille nō est intelligēdus esse solū sensualis q frequēter nō est in nr̄a ptāte. nec respicit iustū vt iustū est. nec est solius volūtatis/ inseqntis cognitionē portōis inferioris ipsius rōnis. aspiciētis fantasmata licet absqꝫ fantasmate. qm̄ hoc nondū est ꝑfectorū q ꝑ cōsuetudīe exercitatos habēt sensus spūales insitos in apice portōis supioris ipsius rōnis. q̄ portio legibus eternis innitit/ in lumine pure intelligentie. impmixte loco ꝛ tpi. ❡ Et qm̄ nominū grandis est sepe penuria. quorū nihilominus institutio libera est. Trāsferamus deinceps noīa passionum aīalium de quibus pħi tractauerunt Ad affectiones hmōi spūales quales habet aīa. dum cōtemplans deum. Amat ipsum vt totum amabilem. Concupiscit ipsum vt totū desiderabilem. Fruit ꝛ quiescat ꝛ delectat in eo/ vt in toto bono/ vtcunqꝫ iam adepto. Odit ꝟo quicquid ab hoc toto amabili. toto desiderabili. toto delectabili separe pōt. Hinc illud sibi vehemētissimū odium ad peccata horror ꝛ abominatio ꝛ fuga ꝛ detestatio/ si videant instare. dolor autē acerbissimus et inquietudo molestiua si forsan affuerint. Hinc ꝑterea spes ingens dum cōsiderat magnificentissimam ꝛ munificentissimā dei liberalitatem repromittētē eterna. Audacia rursus magnanimis in aggrediēdo grandia ꝑpē deū. Zelus quoqꝫ diuini cultus ꝛ honoris. Desperatio autē in viribus ꝓprijs. vel de viribus ꝓprijs. vt ex cōsideratōe tantoꝝ discriminū ꝛ diuinorū iudiciorū inscrutabiliū metꝰ ingēs. ❡ Ecce habemꝰ in spū passiōes vndeci ꝑncipales. Amorē. ꝯcupiam delectatōꝫ. odiū. fugā. tristiciā. spē. despationē. audatiā. metū. irā vl' zelū. ❡ Et vt ad vnū dicamꝰ ꝛ oīam ꝓpriā assignemꝰ. passiones aīales vt tales sunt/ versant circa rōnem cōmodi vel incōmodi. spūales ꝟo/ ad rōnem soli(us) iusti vel iniusti respiciūt.

Consideratio .13.

paupcula in ceteris ex cōpassione moueor
et impellor vt iā dixi ꝓ eis mendicare/ etiā
si nihil hic sim comodi ꝑceptura offero igi
tur saccum mee mendicitatis vobis opulē
tissimis elemosynarijs. īponatis larga mu-
nera hmōi īfirmis ac captiuis erogāda ac
distribuēda. vbi tā euidens inuenta est ne
cessitas. Est ꝓfecto pauptas nō ficta. nec ei
est paupertas alia. que pauptati peccati va-
leat cōparari. Plures quide vestrū. O glo
riosissimi sancti dei experimento didicerunt
qđ nūc dico/ne igit̄ me vacuā remiseritis a
conspectu vestro. que tam iusto titulo et in
tanta necessitate vos interpellare ꝯpellor.

Oratio ad dominum iesum christum ⁊ ad gloriosam virginem.

Y o Certa spes ac finale refugiū
animarū iesu christe redēptor
noster. et tu virgo sua mater glo
riosissima Et si ego paupercula
apud ceteros om̄es sanctos elemosyna gra
tie fraudarer. repulsamq; ab illis omnibus
paterer. cōsiderem nihilominus adhuc in
excellēti supabundātia/vestre dulcedinis
misericordie atq; largitatis vestre bonita-
tis immense. In vobis siquidē duobus ⁊
ꝑ vos celebratū est atq; ꝑfectū nostre redem
ptionis opus. datiq; estis ac spāliter ex offi
cio deputati ad ferendū opē miseris ⁊ recō
ciliandū peccatores/qui si vtiq; nō fuissēt/
nec tu dn̄e ihu xp̄e humanitatē suscepisses.
nec tu dn̄a gloriosa. fuisses effecta mat̄ dei.
Hic sane reperio/ meū quidē carne fratrē/
meū esse deū ac meū iudicē. Insup ⁊ meā
sororem optimam illius quidē iudicis ma
trem meam cōspicio factā aduocatā ac ꝓte
ctricē. In his diues sum cū in meip̄a sim
pauꝑrima. Apud hos quelibet necessaria/
mihi atq; oportuna copiose reperire valeo
q̄ vtiq; nihil vtile. ac salutare mihi denega
bunt. Nō egredier̄ ꝓfecto extra portā mee
memorie. si nō prius partē sue dulcedis ac
bonitatis gustauero At ego quidem inter
hec duo tā tuta presidia collocata quo pa-
cto deficiā. cur nō sperabo? Cur diffidā?
presertim si nō ab eis abiero. si non mea ig-
nauia/eoꝝ fecero longe a me auxiliū? Et
hoc vtiq; est ꝓ quo nunc instanter vos de
precor vos exoro. vos inquā talē matrē ta-
lemq; filium. qui me talibus tanq̄ solidis
bone spei vinculis vobis iungi connectiq;
voluistis/vt vestra ꝓtegente grā nūq̄ a vo
bis valeā separi. si tn̄ in nouissimo suspirio
mortis in hac spe ⁊ gratia repta fuero.

Alia oratio ad dominum Jesum christum & gloriosam virginē:

o Me inconsultam desidē atq; infelicem qua temeritate frequenter ab illa mei patris iesu christi ac mee matris tuta protectione me subtrahere audeo? Cur euagor p amaras voluptates. & periculosos riuos magni huius mundi maris? Quid alibi tam studiose perquiro/quod longe abundantius tutiusq; hic paratū inuenio. diuitias. honores. sapientiam voluptatem? Cur non expauesco. ne dies mortis ī eo statu me preoccupet. in quo meo destituta presidio. vadā preceps in profunduz inferni vbi nulla est redemptio. Cur recuso. cur negligo. in eorum societate p sanctam meditationez versari/quorum solo presidio constat omē bonum adipisci. mala q; vniuersa posse vitari? magna quippe est hec ingratitudo. magna insuper inertia. immo verius horrenda quedam miseria hoc mihi semper dum venire voluero paratum refugiū auxiliumq; non recognoscere. Uerum. O dulcissime pater iesu christe/ac benignissima mat̄ virgo Maria ouis illa suz. que sepe nimis errans perdita est. Sum et illa fatuella desidiosa errebunda filia. que nō nisi tracta et coacta vult per vias rectas incedere. Assumite igitur illius manuz et tenete. nec eam suo dereliqueritis regimini. quoniā sic cito iret in pditionem.

Hic loquitur anima in tribulatōne existens ad sui cōsolationem & patientiā. plurimos tribulationis fructus sibi commemorans.

o ptime venerit mea gratiosa domina tribulatio & cū gaudio & affectu bono suscepta sit. Meusq; dez pater optim⁹/te misit ad me non dubito. Te ergo equissimo iure benigne letanterq; debeo suscipere et non indecenter tractare aut repellere p impatientiā/ tibi aut iniuriam irrogando aut aduersus te improbe murmurando. ¶ Erraui fateor. venis ad me/iustam penam acceptura. Insipiens sum ac ignara. venis me instructura. Deturpata sum ac fedata. ad decorā dum ac mundandum me aduenis. In deuium ꝓpero: accedis ad dirigendū. Mortem eternam demerui. ad liberandum me festenas. Grauibus oppressa suz debitis releuare me pretendis. Elongaui me a facie patris mei iesu christi. ad me illi denuo approximandū reconciliādūq; huc profecta es. Cum his qui me oderūt. et occidere q̄runt inij consortium. hinc me venis eripere. Nunc pene excecata sum & surda. nimiumq; mollis & lassa in omnibus membris meis facta. venisti salutem ac robur largitura. ¶ Fiat in me ac de me ad plenum ꝓm institutū vestri beneplaciti iuxta mandatū & commissionem optimi patris mei. Gratias ago illi millesimas qui non vt ego illū frequenter ita me neglexit. q̄ me nolens perdere. per te me velut filiam dilectam visitat que nec digna sum ad suam gratiam vocari. que potius mortem merui quā aliā quā libet disciplinā et potius horrendā gehennam quā paternam ac mansuetā correptionem. ¶ Uerum te vnum deprecor (o mea venerāda domina) vt ea circa me commissione quā a deo/nō quā ab hoste suscepisti/ fungaris Quodq; tuam pro mensura mee fragilitatis mitiges disciplinam. nō me supra q̄ ferre valebo grauius affligens. Quo non obstante volo vt nec clamor nec gemitus nec actus nec signū quodlibz in me displicentie aut amaritudinis aut indignationis/te retrahant quo minus dulcissimi mei patris iussionem/de me et sup me/q̄tū sufficit impleas. Longe eniz melius me nouit quid mihi expediat. fiat itaq; vt instituit & sua non mea voluntas impleat̄. Quantumcunq; mihi grauis extiterit dolor etiā si ferra si ignes si verbera. si vulnera disposuerit/fiat voluntas eius. tantūmodo non me in suam suscipiat filiam. mihiq; sociam faciam tuam sororem patientiam sine qua vtiq; nimium dura es et minus accepta. Ita si fiat mihi/ profecto satis erit nec aliam erga me peto clementiam. nimium sane dura nimiumq; dira mihi foret illa clementia/ que me ad breuissimi tēporis moram/sustineret huius seculi abuti voluptatibus atq; in stercore meo volutari ac putrescere donec ī momēto in eternalibus canib⁹ traderer deuorāda. illic moritura sine fi-

ne. Lōge fiat a me tal' clemētia talisq̧ mise-
ricordia. Tibi igitur magistra optima pa-
rere recusem. tuā equanimiter ferens disci-
plinam. tuā percussionē. tuā quantūlibet du-
ram correctionē. Tolerare quippe oportet
mala pn̄tia vt potiora tandem obtineātur
Nam et pater meus iesus christus. ab hoc
seculo nō migrauit absq̧ dura ad modum
pena. sʒ nec eius mater dulcissima. Que er-
go sum vt hic immunis euadā? nō est hoc
pfecto postulandū. ¶ O veneranda ma-
gistra et dn̄a dicito si libuerit ac denūcia pa
tri meo. in quanta nūc afflictōe detenta sū
quā penā ac pressurā sustineo. quaten⁹ sue
misereatur paupi filie fragili atq̧ imbecil-
li. plene angustiarū et tormentoꝝ ploratu
um ⁊ gemituū. Quodq̧ ppter suā bonita-
tem immensam in his tormentis mihi mi
sericordiā impendat. repiens in me bonū
aliquod qđ remuneret. Uides nempe pro-
pter vehementiā doloris. nec conuenienter
orare nec ad deū meū mentem meā diriger
posse. ¶ Sed vt vos pijssimi curatores cu-
rie p̄ris mei p̄fati / ⁊ p̄sertiʒ tu benignissima
mater miscd'ie dic sepe dicto patri meo iam
satis esse. postula mihi pacē et reconciliatō
nem. vt tui honoris ac p̄cum tuaꝝ intuitu
consolationē aliquā experiar atq̧ alleuia-
tionem ab his quibus nūc p̄mor flagellis.
sicut de his pueris qui scholasticis incum-
būnt disciplinis fieri solutū est. Exhibere
mihi ad instar illius pie matris. que suam
filiā eripit de manib⁹ patris eā verberantis
O nequā inimici vereor ne in meis verbe-
ribus rideatis eo mō quo de his in solenti
bus pueris rideri solet. q̄ p suis petulātijs
in scholis verberanē dicendo ne pepcerit
qm̄ bene meruerunt. O pctm̄ ve tibi. qr me
tormentis hmōi tradidisti. Infelix illa ho
ra que me ad p̄ris mei offensam induxisti.
Inicio quippe mihi vultū ondebas hila-
rem teq̧ placitū ac humanū mihi simula-
bas. sed heu grauiter nimis tua cauda pū
gitiua est ac amara. Quō igiē tibi amplius
fidē dabo? Cur te nō toto conatu detesta-
bor? Nunq̄ ita ad me reuerti valeas nūq̄
mihi te videre concessum sit.

Adhuc loquitur aīma tribulationi congratulando ei.

O Tribulatio si p hec flagella tuta
sim ac ab illa morte horrenda se-
uissimaq̧ facta immunis si p hec
ius hereditatis p̄rne quod iā p-
diderā recupo ⁊ qđ longe melius est. si per
hec ad gratiā mei patris reuertor. atq̧ hinc
mea cōualescāt p̄mia. pfecto mihi optime
est. Conabor tm̄ ampli⁹ huiuscemodi faci-
nus / nullatenus admittere. ignorās certe.
An vice altera mecū tā misericordiē agere-
tur vt nūc actū ē. ¶ O magistra tribulatō
Exq̊ mihi mūdanas subtrahis ↄsolatōes
ac societates / nec mihi possibile absq̧ aliq̄
ↄsolatiōe viuē. Cōcede mihi vl' alterā ali-
quā ↄsolatōʒ ad supportādū tuas afflictio
nes atq̧ tormēta. Fac me illi⁹ dulcedis pti
cipē quā fm pphe v̄bū de⁹ fuat ⁊ abscōdit
his q̄ timēt ⁊ diligūt eū. p quā dulcedinē b.
Stephan⁹ / suos nihil estiabat lapidatores
btā agatha ad carcerē tanq̄ ad nuptias p-
perabat. apli i v̄berib⁹ exultabāt. sctūs pau
lus dicebat se libenē gloriari in infirmita-
tibus suis. ⁊ ita fuit de alijs qbuslibet sctis
¶ O quid dico ego insipiēs ⁊ incōsulta. qd
dico? Cur ampli⁹ velim meū q̄rere solatiū
Hec est em̄ glia dei. vt iusticia ei⁹ impleatē
qđ vtiq̧ fit dū tribulatōʒ ac tristiciā patior
p prauis ac ignominiosis voluptatibus q̄
bus p̄ter dei nutū ac mandatū / frequenter
fruitus sum Decentius itaq̧ est ac rōnabi
lius vt dei volūtas impleatē / me verberās ⁊
corrigens. q̄ d mea vanitate cōsolatiōeʒ ac
cipiā. In hoc itaq̧ mea sit ↄsolatō. vt pater
meus mihi pacatus sit / atq̧ in me pacē ⁊ iu
sticiā se osculari faciat te mediāte magistra
mea tribulatiōe. Per te insup illi fil'is facta
sum / qui repletus est dolore ⁊ angustia i sua
b n̄dicta passiōe ¶ Sūt itaq̧ hi ⁊ plurimi
alij pfectus quos adducis sufficere ad cō-
gratulationē tue pn̄tie. lōganimiē expectā-
do illud excellentissimū regni celestis p̄mi
um ad qđ p te intranduʒ est. Nondū qui-
dem tempus est pceptionis premij huius.
Premiū siquidē labor antecedet. nō labo-
rem p̄miū. Fiat itaq̧ voluntas tua.

Meditatio anime ad recognoscendum dei beneficia / et ad se excitandum. ad gratias reddendas deo.

p Placeat tibi dñe deus omnipotens ⁊ pater gloriose. placeat tibi vt ea cognoscam ⁊ cōmemorē bona. que mihi quotidie tribuis Ingratitudo enī atqꝫ inconsideratio bñficiorū. tibi summe displicent. optimoqꝫ iure nobis quidē vis tuoꝝ bonoꝝ vtilitatē afferri. tibi aūt honorē ⁊ gloriā. Ita igitꝛ sic dñe. ꝓserua me ab illa tā repꝛhensibili ambitione qua tuaꝫ volui furari gloriam. illāqꝫ mihi ascribere. Hoc enī facies. dū gloriam que in tuā cedit sortē mihi vellē tollere atqꝫ vsurpare. iusta vicissitudine vtilitatē oēm q̄ in meā ꝑtē accederet amitterē. Lucifer ille de altissimis cadēs ad ima. mihi exēplo est ne ita ꝓsumā. sitr ⁊ supbꝰ ille pharisęꝰ. heu misera qd habere valeo qđ ex te nō accipiam. Cur igitꝛ hic meipām glificabo? Cur hinc honorari desiderabo? Cur ceteros qbus hmōi dona nō assunt/cōtēnā? Aufer dñe hūc a me stultā ac temerariā arrogātiam. sit itaqꝫ tua glia tota tua. ¶ Sꝫ ad tua me ꝯuerto bñficia atqꝫ ī ꝓmis hec ī nā ꝯsidero. vbi aīaduerto ꝙ si celū tale/solē taleꝫ ac lunā ac tale vniuersuꝫ q̃le ē hoc in q̊ nūc posita sum/ ꝓpt me solā ac meū amorē istituisses in stuporē duceretꝛ ois creatura hoc audiēs atqꝫ diceret. hec est illa a deo ꝑcipue dilecta/ ꝓpt quā taꝫ magna ac ꝑciosa dona ista creauit. Cōstat nihilominus/ ꝙ etiaꝫ ī hoc casu/mallē alioꝝ quorūlibet mihi adesse ꝯsortiū q̃ in solitudine relinq. nec etiaꝫ si in mea foret optione vellē alios hoīes aliasqꝫ bestias et aues huic mūdo deesse. in eo qꝫ nō viuere/eoqꝫ mecū nō vti. dū illorū carētia mihi nulli esset ꝓfectui/qm̄ absqꝫ cōsortio minus iocūda minus grata est cuiꝰlibet boni possessio Vñ me tibi hinc magꝭ obstrictā. ꝯcipio ꝙ sic me in hoc mūdo statuisti. q̃ si mihi soli illū deseruire fecisses. Apparet igitꝛ quātū me dilexeris/taleꝫ mihi mundū tribuēs ac meo deputans vsui. ¶ Insup si euentu aliquo/ rōne atqꝫ intelligentia ꝓrsus essem destituta. et hec in me tā ꝑciosa nature dona/suffragio medicine/ aut alio quolibet modo. quis in integrum repararet. Nonne hinc me felicem multuꝫ reputarem/necnon ⁊ illi qui hoc mihi ipēdisset bñficiū/me censerem vehementꝛ obligatā. Et tñ longe ꝑclarior ac melior ē mea cōditio. dū hec tuo dono suscepta integra ꝯseruo q̃ si deꝑdita aliūde recupo ¶ Idē ꝺ ceteris oībus mei corpis membris sentō Et generalr de oībus in me bonis ex dono creatiōis acceptis. ¶ At vo gratie dona longe his maiora sunt ac potiora. q̃ A uis ea que numeraui natura dona/mereātur abūdantꝛ tibi gratias reddi. te a nobis diligi. te a nobis honorari ī hoc tibi reddēdo qđ tuū est. Nō ꝙ bonoꝝ nostroꝝ egeas sed qꝛ sic fieri voluisti ⁊ disposuisti. ad nostrā vtilitatē. ⁊ ad tuā gloriā. Sup hec tam̄ oīa mihi tales supaddidisti grās vt te possim habere in patrē singularē/ ⁊ tanq̃ legittima filia totius tue hereditatis fieri particeps atqꝫ in tua gloria gloriose regnare perenniter. ¶ Sed et postq̃ ꝓtoparens hanc suo demerito ꝑdidit hereditatē. Tu illaꝫ mihi ꝑ lauacrū regenerationis restituisti. meqꝫ voluisti de tua fieri singulari familia in lege tua christiana. Que sunt dñe opera mea aut merita. vt mihi post sic ꝑditā hereditatem hoc tā singulare tamqꝫ excellēs munꝰ largiri volueris. ad illius denuo ꝑceptionē misericorditer me reuocans ꝓ ceteris illis omnibus q̄ verā fidē nō habent tui ac tue veritatis noticia carentes/ ⁊ sine baptismo ab hoc seculo decedentes. Est ꝑfecto hec vna singularis ⁊ mera gratia vn̄ tibi soli merito gloria donāda est. ¶ Hic versatur opus mee redēptionis in quo longe plusq̃ in mea creatione laborasti. dū vsqꝫ ad mortis acerbissime sufferentiam militasti. O qualem gratiā. O qualem dilectōnem. ꝑ meipā exhorrescerem qđ ꝓ me deus meus pati dignatus est. Si tuā in terris ꝯuersationem commemorare velim. a tpe conceptionis incipiens vsqꝫ ad horā ascensionis in celum. nihil ꝑter euidentia incōperabilis dilectionis ac supermirabilis dignationis signa reperiam erga me indignam atqꝫ miserabileꝫ. ¶ At postq̃ resuscitata sum ꝑ gratiā regeneratōnis baptismalis/heu quotiēs iterato gladio peccati me morti reddidi obnoxiā. Quotiēs te meum patrē ac benefactorē offendi. te meū supmū iudicem. qui me in momento potes in ꝓfundū inferni ꝑcipitare. sicut ꝑcipitasti luciferū ⁊ angelos eius in tanta ꝑfectiōe institutos. sicut et plurimos alios peccatores q

bus nō dedisti spaciū aut animū penitēdi
aut veniā ꝑcipiendi. sed eos irremediabili
ter condemnasti. hic quidē in crimine dep̄-
hendens/ et mox horribili patibulo infer-
nali tradens suspendēdos. Mirum quip-
pe est si aliud quicꝙ̄ facere valuero/ ꝙ̄ tibi
regratiari/ ꝙ̄ tibi seruire ꝙ̄ te honorare. At
ego nōnunꝙ̄ te offendere audeo. male tu-
is vtendis donis/ ⁊ quod omnē supat offen
sam/ inde tibi etiam aliquando bellū mo-
uendo. Sed et super hec vt mihi semp cu-
ra morbi pata sit. pnīe salutare tribuisti sa-
cramentū. ¶ Et ad me tibi reconciliandū
ac veniam impetrādū/ tuos sanctos ꝓ me
fieri oratores voluisti. ⁊ ad eos esse recurrē
dum. quod vtiqꝫ est mirande dilectionis si
gnum. dū illos tuos amicos p̄cipuos ꝓ me
dignaris ītercessores fieri que mortem me-
rui millesies. ⁊ p̄cipue illā tuam gloriosissi
mā matrē/ meam institiuis aduocatā ac me
diatricem. et quod amplius est mihi preci-
pis vt in te ac tuū p̄sidiū spem meā atqꝫ fi-
duciā totam reponā. Vere inexcogitabilis
est hec gratia quā mihi p̄stas/ istaqꝫ dilectō
quā mihi insinuas talis ac tantus domin⁹
tali miserabili. talis iudex. tali peccatrici.
Talis maiestas. tali vilitati. talis felicitas
tali infelicitati. ¶ Quid de illa dicā splen
dida atqꝫ opulenta/ scripture sacre mensa.
in qua me suauiter r̄ficis/ vbi ꝓpiciā ⁊ salu
brem aduersus omnē morbū inuenio me-
dicinam vbi tota est dulcedo ⁊ ꝓ mea con
solatione suauissimus sapor. ¶ Nec silen-
tio pretereunda est speciosa illa tuorꝫ ange-
lorum custodia/ mihi tua dignatiōe impē
sa/ ad me dirigendū ⁊ ꝯducendū in via hac
tenebrosa squalentiqꝫ deserto ad mihi con
sulendū ⁊ auxiliandū in necessitatibus me
is. ad me potenter protegendū contra terri
biles illos ac seuos canes infernales ne me
deuorent aut suis circūueniant fraudibus
ac peruersa subtilitate qua pleni admodū
extant. ¶ Quomō igitur illis resistem ego
sola ignorans atqꝫ infirma. nisi illius tue p̄
fate custodie adesset presidium? Certe ne-
quaꝙ̄ possem. Demum quis ore ꝓferre po
terit aut corde cogitare. magnam illam tu
am gratiam. qua ad perceptionē sanctissi-
me eucharistie me dignaris admittere vbi
tua corporalis adest presentia/ vbi assunt et
ministrantes angeli. vbi deuotarum menti
um potentissimum inuenitur nutrimentū
vbi tua passio amantissima commemorat̄
vbi deniqꝫ patri omnipotēti deo nostre re-
demptionis ac purificationis offertur sacri
ficium. ¶ Heu p̄r mi dulcissime heu
benefactor singularꝫ. heu ingꝙ̄ atqꝫ mil-
lesies Heu mihi tue miserabili creature q̄
pro his donis immensis pro his gratie ex-
cellentissimis muneribus/ dietim tibi ma-
lū. ꝓ bono repēdo. ꝓ grā īgratitudinē. ꝓ
honore ꝯuiciū. ꝓ bn̄ficio nullū ꝯuitiū im
mo maleficiū. ¶ Videor mihi ꝓfecto oēꝫ
creaturā ad vsū meū tua bonitate creatam
ocul' meis atqꝫ aurib⁹ ingeri lcīmo iure cō-
tra me insurgentem. ac de me cum clamore
valido damnationis vltionē expetentem.
Condemnet̄ exclamant hec maligna atqꝫ
insensata. que sic nobis male abutitur. que
aduersus creatorem suū ⁊ nostrū/ nos suis
cogit obsequi temerarijs ac turpibus volu
ptatib⁹. que nos totali malicie sue submit-
tit. q̄ sine medio/ soli deo seruire deberem⁹
atqꝫ in ꝑsona eius bona operando euꝫ lau-
dare atqꝫ magnificare Abijciatur ergo hec
maliuola ab omni alia creatura. et impug
netur velut omnium nostrū inimica. ⁊ ꝓ-
ditrix nostri summi regis atqꝫ imperatoris
¶ Insuper rationem meam atqꝫ intelligē
tiam conuerti ad vanitatem aut curiosita
tem. ¶ Aut etiam hinc male meo corpe ve
lut bestia vsa sum. ¶ Cōstitui magistrū ⁊
patrem meum malignum illum hostē hu-
mane salutis. cum tamen tua clemētia. tua
essem in baptismo facta filia et discipula.
omnia que in baptismo ꝓmiserā trasgres-
sa sum. ¶ Tuā cōuersationem in terris.
¶ Tuā salutarē passionē minime cōmemo-
raui. aut ꝑ deuotā cōpassionem honoraui.
¶ Sacramentū etiam fructuose penitētie.
duxi ridiculo. dū mox post petitionē venie
reuersa sum ad vomitū. ¶ Scis etiam pat̄
mi celestisqꝫ paruum honorēꝫ cultum aut
reuerentiaꝫ tuis sanctis atqꝫ angelis impē-
derim. ⁊ p̄sertim fidelibus illis meis custo
dibus. ¶ In frequentatōe mense scripture
sacre d̄ idiosa fui. aut curiosa nimis. inanē
magis querens gloriā. ꝙ̄ in virtute ꝓfectū
¶ Postremo dū mihi commemoro illam
meā indignitatē in deuotionē/ erga sctissi-

mūm eucharistie sacramentū/ penitus con
tremisco. Et merito erubesco/et expauesco
timens ne in hac tam ꝑciosa refectione fre=
quenter vt iudas versata sim: aut sicut pre
propere comedens aut sicut is qui venit ad
nuptias nō hn̄s vestem nuptialē.i.charita
tē. ¶ Nec hic habeo qd rn̄deā nisi q̄ nūc
de hꝰ quātū valeo ⁊ si nō q̄tū debeo. doleo
indeqꝫ magnā atqꝫ abominabilē confusio=
nem intra me pateor et sustineo. Sū itaqꝫ
mihiipi intolerabilis/ si nō aliter vitā corre
xerim. si non aliter ad te amandū ad te co=
lendū/me impenderi. q̄uis id scio. q̄ ex me
nihil valeo. nihil scio. Est itaqꝫ spes mea fi
nalequ refugiū in te solū vt id bonū qđ ce=
pisti in me ꝑficias et cōsumes vsqꝫ in finē.
insup ⁊ malū qđ in me dn̄atur/magis sp ac
magis expurges et diluas. Paꝝ siqdē ꝓ=
desset imo mihi grauiter obesset oē bonū
mihi a te cōcessum/ si nō ꝑ te fuerit a malo
rū incursibus indesinenter custoditū ac ꝓ
tectū. Insup et mihi tuipse donaueris per
gliā; qđ ad pn̄s in spe indulges ⁊ ꝓmittis

Meditatō quedā ani

me cum se ꝑpendit in tp̄ali ꝓsperitate ⁊ spi
ritali simul. reddendo gratias deo.

o Excellentissima atqꝫ ineffabil'
dei bonitas O pr̄ misc̄die ⁊ toti
us ꝯsolationis. qbꝰ meritis data
sūt mihi hec bona q̄ peccatrix su
scipio? Cur mihi bonū ꝓ malo redditū ē
gr̄a ꝓ ingratitudīe ꝓ dedecore glia? In te
dn̄e. in te surgit sp̄us meꝰ. ⁊ oīa que itra me
sūt. te bn̄dicūt ⁊ magnificāt. Tu enī meas
deles iniqtates. tu oēs infirmitates meas sa
nas. tu me liberas a morte. tu me circūdas
misc̄dia ⁊ miseratiōibꝰ. Tu reples i boīs de
sideriū meū. tu renouas vt aqle iuuētutē
meā. tu me dimittis in pace mētis ⁊ corpis
¶ In laboī ⁊ sudore alteriꝰ. comedo panē
qm̄ mihi tribuis. qđ alij magnis nacti sūt
laboribus. nūc estū nūc frigꝰ passi mari ter
raqꝫ in medijs periculis ꝑuagātes Tu mi
hi terras ⁊ possessiōes ppl'i largiris vt dili=
gentius ac liberius mediter in mādatis tu
is ⁊ legem tuam exquiraꝫ. Principes ac no
biles/suorum corpoꝝ periculis me semꝑ in
pace custodiūt vt sine timore de manu ini=
micorum liberata/tibi seruiam. in sanctita
te ⁊ iusticia omnibus diebus vite mee. Iu
stū igitur est/vt ⁊ ego ꝑte exaltera/te ꝓ om
nibus alijs deprecer. a quibꝰ tua bona. ad
me ꝑueniunt teqꝫ ꝓ illis laudem. te obser=
uem. te honorē. ꝑsertim qr nō satis frequē=
ter ad hoc valent intendere. Laborāt qdē
ꝓ me iuxta sui officij exigentiā Rationabi
le igit̄ est vt ego nō obdormiā aut pigrescā
in his exercendis. qbus sum deputata. hoc
sane mutua charitas postulat vt inuicē bn̄
faciamꝰ. ¶ Unū te potissimū ꝑcor domīe
vt hec mihi a te indulta ꝓsperitas ⁊ securi
tas/insup et tibi seruiendi libera licētia/nō
meo veniat detrimento ne sit hec ꝓsꝑitas/
mihi loco premij finalis. Ne queso in hoc
mundo mihi mea merces tribuat̄. Fateor
quippe me etiā bonis pn̄tibꝰ indignā Sed
largissime dn̄e ꝓ bn̄placito tue voluntatis
potes me in tuo ꝟuitio cū his ꝓsꝑis lūme
instituere. qm̄ adhuc longe meliora. ac sub
limiora ꝓmittis ⁊ tribuis tibi ꝟuientibus
vitā. s. illā btām atqꝫ sempiternā. Tu profe
cto meā cognoscis fragilitatē/ sciēs me illā
esse imbecillā atqꝫ infirmā filiā q̄ velut de=
licata ac tenera infantula vtiqꝫ magnas nō
posset ferre molestias atqꝫ ideo sibi plꝰ cete
ris ⁊ supra sua merita ꝑcis. Ueniet tempꝰ
in q̊ virtutibꝰ ampliꝰ roborata/ ⁊ ab vberi
bus nō libēs auulsa potero forsan tutiꝰ ex=
periri ⁊ ꝓbare duriciem aduersitatis ac so
lido cibo tribulatōnis vesci.

Sequitur alia medi/

tatio anime/discessum suum a corpe reme=
morantis ad tunc habēdū aliqđ auxi=
lium et ad se excitandū ad sc̄m pauo=
rem. Et ꝯtinet plures ꝑticulas.

q Uis erit mihi q̄so fidus amicus
qs mihi fidelit̄ aderit i extrema
mea necessitate. i illa districta ho
ra sepatiōis a meo corpe: qs tūc
mihi erit auxilio? Quis tūc loq̄ret̄ aut rn̄=
debit ꝓ me? Quis me liberabit dū vocata
fuero in tremendo iudicio summi iudicis.
qn̄ me circūdabūt vndiqꝫ inimici mei mul
tifarie accusantes. ac secū in gehennā trahē
satagentes. qn̄ testimoniū ꝯ me dicet ꝓpa
ꝯscia/isup ⁊ opa mea. ¶ Tūc ne/mūds aut
amici carnis mihi veniēt ꝑsidio? Nō ꝓfe
cto imo me sinēt ire q̄ posso. Aderit ne ⁊ cor

pus cui tam studiose intendi? Certe mini
me. siquidē tūc iacebit putrefactū in terra
eritq; vermiū cibus. Assistet ne vel q̄liscun
q; cōsolatio/prius a me delectabiliter susce
pta? Reuera nō. imo dū ad corp̄is portas
aut priores ꝯsuetas voluptates ad meā cō
solationē regredi voluero. inueniā oculos
aures linguā tactū. ⁊ cetera vndiq; membra
vbi mihi voluptas adesse solita fuit/clau-
sa ⁊ serata/fortissima atq; horribilissima se
ra mortis. ¶ Tūc igit̄ qd factura sum ego
misera q̊ diuertā. Quē aduocabo. si nō ali-
unde veniat auxiliū p̄ aliquā aliā ꝯsolatō
nē/aliūde q̄ a corp̄e venientē. ⁊ si nō antea
mihi aliquē cōpauero amicū a quo alit̄ cō
fortata subsistā. Cadā ꝑfecto intra me pro
rsus desolata. in laqueū desp̄ationis. et in
fra e in interitū eterne damnationis.

Ergo gloriosa. spes certa. ⁊ refugiū
v singulare pctōꝝ ⁊ tu scte angele dei
custos bōe ac ceteri alij scti celestes
adestote nūc mihi ⁊ mei estote adiutores.
Tūc me defendite tūc mihi cōsulite. tūc me
stultā ꝯ̄solatā associetate. tūc me p̄ntate ad
dexterā an̄ faciē sūmi iudicis. sub vr̄a ꝑtec
tione. ꝓpellite canes illos īfernales. me de-
uorare querētes. sicut circa btīssimū illū epi
scopū martinū ⁊ plīmos alios facē tēpta-
uerūt. īpetrate tūc mihi gratiosam snīaȝ ve
ni bn̄dicta p̄ris mei accipe regnū qđ para-
tū est ab initio mundi.

e Expauesco nimiꝝ ac vndiq; ꝯtremi
sco cū alteri⁹ illi⁹ memor sum snīe.
Recedite a me maledicti. ite in ignē et̄nuȝ
Heu q̄ amara sep̄atio a sūmo bono ad sū
mū malū ꝯ̄ oīmoda felicitate ad totā mise
riā ꝯ̄ pace p̄petua ad sempiternā ⁊ abomīa
bilē ꝯfusionē. O ira dei ac snīa intolerabil'
ne cadas sup̄ me. nihil quippe est in me qđ
te ferre possȝ Allide me poti⁹ ⁊ flagella s̄m
multitudinē miserationū tuaꝝ in hac vita
⁊ me ne sinas in hanc/que tā horrenda ter-
rendaq; ē peccatorib⁹. eā in suo iudicio su-
scipientibus. iusticie curiā incidere

e Expgiscere. expgiscē miserabil' crea
tura. ⁊ aurib⁹ erect̄ attēde tonitru
um hui⁹ snīe ocul' ap̄tis. ꝑspice hui⁹ iudi-
cij tenorē. Nimis ꝑfecto ꝯsopita es nimis
obturata. nimis excecata. si nō hāc p̄pēdis
miseriā/punitionēq; acerrimā. et p̄pendēs
nō grauit̄ reformidas ⁊ totis viribus effu-
gere conaris ⁊ in recogitatiōe hoꝝ nō ꝯtre
miscis. plusq̄ foliū arboris a vento agita-
tū. Nō ē hec fabula aut trufa. si xp̄iana es
sicut vtiq; es deo annuente firma fide tene
bis. q̄ si cū solo vno mortali decesseris/sen
tentiā hanc horribilē irremediabilit̄ incur
res. Qua igit̄ diligentia merito fugies qua
si a facie colubri mortale pctm̄ q̄ solicita er̄
insup̄ falsas ⁊ fictas huius seculi amicitias
spernere. ac etiā ineptas illius delectatiōes
q̄ tibi nullo poterūt eē subsidio. ī hac sum-
ma necessitate. ⁊ studebis tibi facē amicos
vel paucos aliquos sctōs immo p̄cipue de
um gloriosū. bn̄ viuēdo vt tūc tibi sit dire
ctio salus ⁊ liberatio.

E Ete q̄so seduxeris aīa. ne teip̄ am
n adulando palpaueris. ne q̄ruleris
Nec em̄ de⁹ illi suo sup̄mo pep̄cit
angelo lucifero. cui⁹ tātus erat decor/tanta
sapīa tāta p̄fectio/q̄nimmo illū cū suis cō-
plicib⁹ ꝑp̄t vnū sup̄bie motū. de altissimis
paradisi sedib⁹ in infimas p̄tes p̄cipitauit
Sȝ nec ade ꝑtoparēti pep̄cit quē cum tota
sua posteritate ꝑpter vnā inobedientiaȝ in
esu vetiti ligni ꝯdemnauit ad mortē. Im
mo nec cū toto mūdo dissimulauit. cū pre
ter octo animas/oēs vsq; ad infantes vbe-
ribus adherentes. imo in vteris adhuc re-
clusos/aquis diluuij deleuit a facie terre.
Sic ⁊ illā pētapolim. vnica ip̄ius loth do-
mo liberata. p̄didit igne ac sulphure. gentē
q; totā illā eternis tradidit supplicijs. Nū
q; illū sctm̄ ꝓphetā samuelē exaudire vo-
luit ꝑ rege saule q̄ntūcūq; ꝑ illo intercede-
ret ac ploraret. Sed nec illo suo ꝓprio disci
pulo inde pep̄cit quē laqueo suspensum mi
sit in gehennā ignis. Sunt ⁊ alia plurima
huiuscemodi dei iudicia sup̄ hoīes sarace
nos iudeos atq; xp̄ianos/ dictu et cogitatu
terribilia atq; horribilia. ¶ Et tu igit̄ pau
per ac misera peccatrix qd p̄ ceteris de te fu-
turū arbitraris. Que tibi est euadendi atq;
fugiendi fiducia? Tu dietim in deteri⁹ de-
clinas/ cū tua quāplurima grauia facino-
ra deflere ac emendare deberes. Nullā pro
his condignā facis penitentiā immo omni
fariam tuā exquiris cōsolationē omnemq;
dolorē ac tribulationē detestaris. ¶ Si fre
quenter tibi quies negat̄ in molli strato/si

nec parnā famis aut sitis molestiā ferre vales. Si leuis etiā aliqua febris te lāguidam atqꝫ impatientē reddit. Que tua queso virtus esse poterit. ad ferendos illos ardores non quidem leues non momentaneos aut ad horā transeuntes/immo vo supra ꝙ dici possit durissimos ac sempiternos confer ad illa tormenta/tuos quos hic aliqñ pati cogeris dolores. vl' aliqñ tui miserere ꝛ tue pell prospice.

FE queso ŏ illoꝝ sis numero anima mea de quib⁹ cōmune loquitur ꝓuerbiū gallicanū. Foil ne troit dece ql prent. Qŏ latine dici pōt. Stulto sp ꝯtingit ꝑter id qŏ credit. Tales vtiqꝫ fuerunt illi quibus loth/ad recessum ŏ zodomis suadebat/ne pirent cū ceteris. cui non credentes sed tanꝙ deliramenta verba ei⁹ reputantes. die sequēti cū tota pētapoli absorpti sunt. Sic ꝛ illis contigit quibus noe dū arcā faceret irā dn̄i denūciabat/imo etiam illis qui sibi comites erant in fabricatione arce. Quibus similes hodierni nr̄i videntur p̄dicatores. ¶ Ne igit̄ sic credē differas et tibi ꝯtra hoc tā incōpabile piculuꝫ cōsulere donec in illud incideris tūc enim sera nimis esꝫ ꝓuisio. Audi quid dicat deus diuiti illi petenti vt mortuū aliquē suscitaret q̄ suos quinqꝫ fratres ammoneret/ne secū in illū locū tormētoꝝ venirēt. Hn̄t inqt dn̄s moysen et ꝓphetas illis credāt si voluerint Tu itaqꝫ aīma habes scripturas et exempla plurima tibi nimiꝝ hec sufficiēt ad ista credenduꝫ. Tibi igit̄ caue. et fac vt sis parata circa horā tui decessus. Stultus em̄ est qui sibi non prouidet in tempore:

¶ Ita repelle a tuo consortio mortale peccatum pro tuis viribus vt tunc tibi non sit necesse ad eius expulsionē vacare. Libera te cito ŏ manibus hominū. si in eas incideris ꝑ ŏbita. aut rapīas. aut furta. aut odia. aut alia quelibet huiusmodi. atqꝫ tūc te diuine misericordie cōmitte. Dum tempus ē ne differas donec ipē veniat ad te. non quidem vt pater. nō vt benefactor. sꝫ vt iudex seuerissimus et deus vltionis. quoniaꝫ tūc nulla erit redemptio. ¶ Si te experiris in eo statu esse in quo non auderes corpore recedere/cur non statim absqꝫ mora te ad illū reuocas? frequenter euenit et qui non vult dum potest/non possit dum vellet. Dat tibi deus spaciū penitencie. quo si abuteris. ac deterius hinc facias. que tibi spes aderit vt tibi alio tempore deus hoc spaciū indulgeat? Caue ne si nūc dei fueris immemor/ et ipē tui obliuiscatdū opus habebis. ¶ Nō igit̄ tibi aīa refugiū aliud est. nisi vt indilate pacē habeas ad deuꝫ. fruct⁹ agēs dignos pnīe. ac de teipā iustā expetēs vltionē. Si eñ nosipōs iudicauerim⁹. deus nos nō iudicabit. Qŏ si in tuis maleficijs nō erubescas q̄ totiens cōtra talem patrē ac tantū benefactorem admisisti/formidare debes te incursuram atqꝫ expturam in te suā potentiam ac dominationem. humiliabis te igitur sꝑ in conspectu maiestatis eius vultumqꝫ demittens in terraꝫ. facie lacrimabili suā misericordiā implorabis. Aīma auertere qualiter sancti dum in terra vixerūt/ iudicia dī tam sacra ꝙ mirabilia expauescebant/cum tn̄ in summa puritate vite ꝯsisterent. Tu igit̄ q̄ ab annis discretiōis nec ꝑ diē a peccatis etiā plerūqꝫ grauissimis vixisti īmunis. iudica ꝑ hec qd tibi sint faciendum.

Hic luctatur humilis anima/cum superbia.

VEllē ex te scire supbia temeraria. quo titulo quo ve iure p̄tendas in me regnare. omnia super opera mea tibi conaris ascribere ꝛ deputa[illegible]? Deberet reuera potius humilitas dn̄ari. cū nihil ... me habeā preter malū. Et si que bona ex liberalitate domini mei suscepi mox bona illa ꝑdidi ꝛ abieci sicut illā primā ac purā innocētiā seu iusticiā ī baptismo collatā ꝛ p⁹ recidiuū ꝑ sacramentū pnīe restitutā/mortaliter peccās deserui ꝛ repuli. Et plerūqꝫ etiā ꝑ veialia/fedis ꝛ obscuris denigraui maculis. ita vt merito nō min⁹ erubescerē an̄ oculos dn̄i mei pn̄tare ꝙ maculosos leprosi alicui⁹ pānos sanie ac putredine vulneꝝ suoꝝ plenos qs in ꝯspectu viri alicui⁹ insignis detegere formidat? ¶ Quid rn̄des supbia? nunqd talibus panniculis gloriaberis ꝙtūcūqꝫ etiā prius mūdi ac decori extiterint? Certe vt arbitror minime. Si mansionē apud me facere queris ꝛ in ea demorari te delectat ꝓpter meam pulcritudineꝫ propter meas of

nitias. aut ꝓpter fortitudinē. famam sapiē-
tiam. ⁊ sic de alijs. cautius ꝓspice ne falla-
ris. quoniā hec bona mihi nō nisi sub mu-
tuo ꝓuenerunt et ad bene opandū ad glo
riā dñi mei sunt concessa. Et tñ vides qua-
liter his frequenter ꝓ suis abutor ad ꝯtra-
rium. dño meo de suis bonis mouens bel-
lū. Vñ penitus erubescere debeo atqꝫ expa
uescere ⁊ ꝯfundi. Minime ergo ī me hoc
titulo māsionē suscipies et ꝑserti qm̄ si di-
ligent̄ me ꝑspexeris / inuenies me totalit̄ de
formatā ꝑ culpā īfirmā. īfamē. atqꝫ ignorā
tē. Nōne insup in illo hꝰ mūdi mari ꝓcel
loso sum ꝯstituta. in tenebrosa obscuritate
in fragili nauicula corꝑis huius mortalis
inter latrones et predones. aliaqꝫ discrimi-
na ꝙ plurima. vbi qualibet hora damnati
onis imminet ꝑiculum? Non est ꝓfecto ti
bi supbia hic locus aut status tue mansio
nis. ¶ Dices forsitan ꝙ ego regno ⁊ domi
nor sup multos. Et qd inde supbia. Si in
carcere aliquo tenerent̄ plures ad mortē cō
demnati / nisi gratia eis impenderet̄ / et ego
etiā cōdemnata cū illis / preficerer eis ad as-
sistendū obsequendū ⁊ ꝯfortandū. que glo
ria mihi foret hinc sumēda. ꝑcipue si non
in hoc / meo legitime fungerer officio / imo
plus debito illos grauarem ⁊ opprimerem
eoꝝ bona tollendo. aut fame ꝑire faciēdo.
aut quomodolibet aliter eos vexando. fati
gando aut persequendo. Scis qꝛ qui plus
accepit / amplius reddere ratione formida-
bit. Nō igitur hoc titulo poteris in me lo-
cum accipe. ¶ Verū quid rursus in occul-
to murmuras supbia? Vis apud me for-
san hospitari / qꝛ te abijcio et humilitate ac
quirende studeo. Nihilqꝫ bonorū que in
me sunt mihi deputo. sed deo soli vt ōbeo
tribuens. hinc ei gratias ago. Mirāda ꝙp-
pe res. modusqꝫ plurimū alienus. Hinc a-
pud me / te velle r̄sidere quia te morti trado
et ꝙ magis stupendum est. tuū hostem. scꝫ
humilitatē mediū queris ad ingressum re
gni mei. Quelibet bona opa mea. elemosy
nas orationes ieiunia patientiā pietatē ac
cetera silia / tibi sumis auxilio ad statuēdū
in me r̄gnū tuū. hoc titulo qui vtiqꝫ tibi ex
aduerso / merito repugnaret / intra me ⁊ sup
me dñium vendicare ꝑtendis. ¶ Non sic
erit ꝓfecto supbia. Esset enī bestia nimiū

monstruosa nimiūqꝫ ꝓdigiosa. Quis enī
aliqñ tale portētū expertus vt res aliqua sua
morte nasceret̄ sui sqꝫ cōtrarij filia existeret
velut frigꝰ ex calore ꝓcederet ⁊ aqua ex ig-
ne gigneret̄? ¶ Cōsidera diligēt̄ superbia
qd facere ꝑtendas. Si enī nō aliter ꝙ ꝑ me-
diū humilitatis quā in me ꝑpendis / ī me
regnum tuū queris. scito quoniā mox vt in
gressum feceris / humilitas festinabit ad re-
cessum. atqꝫ ita mox dū abierit tui dominij
priuaberis tutu loco quē ī mea humilitate sta-
tuisti. et sic etiā de qualibꝫ alia virtute pos-
sum concludere. vel etiā de tua morte. Nō
enī simul poteris adesse mortua et viuens.
Omnes etiā alie virtutes tuū refugiūt con
sortiū. Quare (vt arbitror) euidenter ꝑpē
dis / ꝙ turpiter te fallis et inuoluis / quoniā
tu sola etiā ceteris omnibꝰ exclusis maliti-
is. sufficis me penitus odiosam deo redde
re me condemnare. meqꝫ extra meā habita
tionem irreuocabilit̄ eijcere ac propellere.
¶ Verū quid adhuc sꝑ in deterꝰ eni-
teris? Num aliquando deuicta succū
bes? Inuincabilē ꝓfecto te hostē experior
Quotiens enī te ꝑ vnā portā depello ꝑ aliā
regrederis / imo etiā si clausa quelibet ostia
inueneris ꝑ fenestras aut ꝑ quaslibꝫ ri
uulas insidiose subintras. ⁊ q̄ te ignotā faci-
as tuūqꝫ fallacē vultū abscondas. omnifa
rium tuū nosti simulare ac variare habitū
Non est virtus / cuius nō simulatorie geras
habitū sanctū: omnesqꝫ gestus simules a-
deo vt absqꝫ lumine gratie / monstrante spi
ritusancto / discerni nō possis. Nunc quidē
te sub veste humilitatis occultas. nunc for-
mam geris iusticie. nūc pietatē fingis / nūc
vt piū elemosynariū te exhibes. nūc te lau
dibus exteris tegis. Aliqñ bonus videris ꝑ
dicator. aliqñ bonus pastor. aliquando te
ꝓpiciū simulans consiliariū. aliquando
rectorē ꝓficuū. et ita de alijs similibꝰ cau
telis innumeris. Et cum hūc modū nō ꝑ-
uales. inter virtutes latitas. vbi tam subti-
liter ingredieris vt nullatenus innotescas
donec feriēs interrimis. aut ꝑdictas expel
lis virtutes pauperēqꝫ animā solitariā ac
desolatā derelinquis. O ꝙ frequent̄ / dum
ꝑcipue deuotioni ac spirituali iocundita-
te simul ac sancte cōsolationi / interesse pu-
taui. mox insperate tuā inueni presentiam

intra me ↄstitutā. O pfida supbia. nec tuū
accessum nec p̄sentiam experta sum/donec
oīa tuo vento fuerit exufflata. deinde mag
nis suspirijs ac graui cōtritōe cordis reuer
tebatur ad me lumen gratie ac sol iusticie.
sub vmbra sobrie deuotiōis. ꝛ tunc primū
signa tui ingressus ꝑpendebam. Tunc (li=
cet tarde nimis) intelligebam sub qua for=
ma te intruseras. Nec em̄ ita latere potes vt
nō aliqđ semꝑ tue malicie vestigiū relin=
quas. ¶ Tecū quippe accedit/altitudo q̄=
dam cordis ad ardua immoderate tendēs
puta ad aliquā habendā visionē insolidā
vel ad miraculū oꝑandū. Uel insurgit te=
meraria quedā de se p̄sumptio Aut immo
derata de suo opere aut statu complacētia.
Sublimisq̧ ac tota inflāmata leticia. Uel
nimiū leuis et effrons ad sui iactantiā aut
excusationem sub vmbra profectus aut ꝓ=
prij seruandi honoris. Uel etiam aliquan=
do ex altera parte duriciem quandam cor=
dis tecū adducis. maturitatē quandā atq̧
grauitatem insimulans. Estq̧ hmōi du=
ricies pretensa ꝛ dedignans. ꝑtinaciter su=
is dictis et volūtatibus inherens ad irascē
dū et sub vmbra correctionis/omnia treme
re ꝛ lacerari facit. ¶ At his contraria peni=
tus aduēiūt. vbi tu supbia fueris missa fo=
ris. Ibi siquidē adest humil'ō missa ac rpa
ta leticia. nulla leuitas. nulla iactātia. nul=
la sui excusatio. Ibi adest maturitas ꝛ gra=
uitas sine ire. sine amaritudine. sine vindi=
cta. immo cū omni dulcedine ꝛ mansuetu
dine cordis. Tunc est anima patiens et be
nigna. tūc vituperia ꝛ laudes humanas cō
temnit ꝛ ꝓ solius dei dn̄i sui bn̄placito cir
ca se et alios oꝑari studet. De reliquo nul=
la sibi cura est. immo ꝙ amplius est se vilē vi
deri volet nō honorabilē ꝙ̄tū est ꝓpter se.
qm̄ seipam cognoscēs ꝛ iudicans ad intra
opprobrio dignā. nō vtiq̧ se pluris estimā
dā volet exterius in alienis laudibus. ꝙ̄ se
interius dignam arbitratur. Quīmmo/ex
emplo iesu xpi ꝛ si omni honore digna ex=
titerit taleq̧ se interiori noticia vere diiudi
cet ꝓprio tamen instinctu ꝛ affectu humil'
et abiecta videri desiderabit.

Meditatio altitudīs
iudiciorū dei sup filios hoim: ꝓuocans ad
humiliationē sui et alios nō iudicandi.

J o Altitudo incorporabilis ac
abyssus profundissima iudi=
ciorū dei in omnibus/precipue
autem erga homines. Quis illa
scire poterit aut inuestigare? Cum em̄ mi=
sereri voluerit/nihil est eo clementius. Cū
vero iusticiā tribuere nihil eo terribilius.
¶ Si em̄ millesies in die homo illum pro=
uocauerit et millesies ad ipsum reuersus/
supplex veniam et gratiā petierit/mox im
petrat qđ petit. Ecce velut quādā stultam
misericordiam ac ludum puerilē. Rursus
si in solo mortali decesserit homo irreuoca
biliter mittitur in ignē eternū. cum tamē
sit dei filius et plasma eius ꝑ creationē. Ecce
velut furorē q̄ndā ac horrorē itollerabilē.
¶ De ꝙ̄plurimis nēpe legimus qui pene vs=
q̧ ad mortem a peccatis immunes seruati
sunt/et postmodum ad mala opera decli=
nantes morte preuenti sunt ꝛ damnati. At
contra fuerunt alij/qui semper malā vitā
sectati tandē nihilominus quasi in momē
to conuersi sunt ad dominū ꝛ citius martī
res facti. gloriam eternam sunt adepti. Cō=
sideremus ꝙ in passione domini nostri cū
eius predilectus discipulus eū negavit la=
tro confessus est. Quis queso id antea p̄co
gitasset? ¶ Mirū quippe valde est si ꝑso=
na quantūcūq̧ bone vite conscia sub ma
nu potenti dei se nō humiliet. si alium quē
piam quantūlibet peccatorē iudicare presu
mat quoniā scire non potest q̄ sint circa se
aut alios dei iudicia: ignorat qđ in sua cau
sa lateat. Sumus quippe omnes in carcere
condemnationis et mortis vnde nemo eri
pi potest nisi ex singlari et mera dei gratia
quā vt ꝛ vbi vult distribuit. Neminem er
go licet cōtemnere si ad pn̄s hmōi gratiā
nō habeat. quoniā in momento illā habe=
re poterit. Nec vice versa hinc se aliquis ex
tollat in sublime si a deo gratiam hanc acce
perit/ quoniam non est hec hereditas sua.
imo sic agendo/mox eam perdit velut vsur
pator ac raptor glorie dn̄i dei sui. O quan
do veniet tempus illud et locus vbi cū se
curitate hanc gratiam possidebimus. ꝛ hec
ipsa in gloriā cōuertetur. Uere beati sunt
qui ibi sunt.

Meditatio anime super duobus statib⁹ a quibus se inuenit. iaʒ in deuotione. iā absq3 deuotiōe. Insuper signa noticie ipius.

R

p Lorate ocli mei plorate ꝛ plāgite durissimā illā sepationeʒ ac disiunctōnē amarissimā dei mei ꝛ pr̄is. q in ira ꝛ furore elongauit se a me abducens secū bonā illā meā nutricem grām. meq3 ꝓrsus derelinquēs desolatā dolore ac tremore plenā/ tedio ꝛ āgustia vndiq3 circūdatā. sedeoq3 tenebris inuoluta. ꝛ lumen celi nō video Ve tibi supbia q̄ mihi hoc damnū intulisti. qm̄ si illa simplex humilitas apud me remansisset deus qui in cordibus humiliū requiescit ipsisq3 dat gratiā/ minime ita suā a me subtraxisseʒ gratiaʒ. Nūc om̄s mei amici angeli sancti elongauerunt se a me. ꝛ ponunt me abominationē sibi. Nunc omnes inimici mei vehementi cum conatu appropinquant et exclamant aduersum me. Euge euge psequamur hanc miseram quoniam deus eā dereliquit. non est qui possit eam de manibus nostris eruere. Illā itaq3 ad dampnationē q̄ meruit impellamus.

d Domine o celestis pater: audi vocē aduersarioꝝ meorūʒ. ne recedas ne elongeris a me. intende in adiutoriū meū ꝛ ad adiuuādū me festina. Exurge ꝛ dissipa inimicos tuos tanq̄ fumū. al's em̄ illa imminet hora ī qua paup ego tua creatura. tua orphana tua indigna ancilla. tua infidelis spōsa irremediabiliter peribo. qm̄ p̄ter te nō est alius qui me hinc valet eripere.

r Euertere dn̄e reuertere. qm̄ a tuo recessu/ sentio cor durū: et admoduʒ praua plenū acedia fastidio ac mala tristicia. Arida sum nulliusq3 deuotōis in nullo iā (vt consensui) bono ꝯdelector nec lectio nec cantus nec o͞ro nec ꝯtemplatio placent. p̄dicationes ac sancte quelibet ammonitiōes/ nihil sunt fastidio. Euanuit a me gustus omnis ac sapor cibi cuiuslibet spūalis. grauis sum atq3 onerosa nimis mihiipi. Languide omnia opor/ solitudo atq3 silentiū/ mihi sunt horrori. Et qd̄ deteri⁹ est/ nec istā meā valeo deflere miseriaʒ nec ab ea me p condignā pn̄iam ac displicentiam eripe. quinimmo indies volo meas prosequi vanas ac mundanas ꝯsolationes. Leuitas mihi omnis grata est. Quero manducare bibere ac fabulari ad deducendū tp̄s. illosq3 felices iudicio q ita ī hoc mūdo viuūt in subiecta īmo stulta libertate. ¶ O q̄lis mutatio. heu in quē statū ꝓlapsa sum. De celo ꝓfecto cecidi ad inferos de vita spūali ad carnalē. de veritate in vanitatē. d̄ securitate ꝛ trāquillitate ꝯscie in ꝯturbationē. de timore in stuporē ꝯfusiōʒ atq3 infelicitatē horribilē ¶ Et certe ita mihi optimo iure ꝯtigit idq3 plane demerui. q²;cū ex me nihil essem/ meipam nihilominus glorificaui ꝛ de me ꝛ in me ꝯfisa sū/ extollens me aduersus deum meū. illi suam surripiens gloriaʒ. Insup ꝛ de suis donis laudari volui atq3 honorari. iactanē mihi illa ascribens tanq̄ ꝓpria ꝛ qd̄ deteri⁹ est ceteros ꝯtempsi minoraui ꝛ temerarie iudicaui. ¶ Scio igit̄ quid faciā. illā mihi recuperabo humilitatē que me vtiq3 patri meo reconciliabit. eūq3 placatū ad me reducet. O gloriosa et beata pax. iam omnia bn̄ successerunt. est hec mutatio dextre excelsi. Cōmouet̄ quippe cor meū et exultat ad pn̄tiā dei mei ac gratie. Euelluntur atq3 explantantur ille inutiles vicioꝝ plante. Inserūt̄ virtutū rami et plurimū conualescūt nūc in claro lumine/ meos defectus/ mea peccata/ meam fragilitatem experior. nūc denuo bonoruʒ spiritualiū gustū ac saporē discerno. Sicut itaq3 illucescēte die in solis ortu mox abscedunt tenebre. auicule suos repetunt cantus. renouantur omnia ꝛ ad colorē vigorē ac decorē suū reuertūtur ita plane est mihi dū sol iusticie oritur in corde meo

Meditatio anie sentientis se ad deuotionē cōmoueri ꝛ subitam dei visitationē denuo pcipientis.

L

q Uis est hic qui pulsat ad ostium meum quid vult: quid postulat Est ꝓfecto deus meus. domin⁹ meus ꝛ pater meus. O domine optime veneris. Tibi supplico vt si mea vrgēte infirmitate ac debilitate peccati pigrior nimis aut tardo tibi apire tuo iure tua auctoritate ostium effrigas. Regijs vt tibi

licet vetere clauibus.

a

Bite extra meū hospitium abite. vniuersa meo magno patri ingrata. qui apud me vult hospitari. ffugite hinc. fugite absqꝫ mora. ffuge tu dedignans suꝑbia inflata iactantia. ficta ⁊ palpans hypocrisis. ira furiosa. despectuosa vindicatio. venenosum odiū. infelix ac liuida inuidia. anxia tristicia. acedia stulta. auaricia cupida q̄stuaria. fetida Luxuria. gula immūda. cū tota viciositatis ꝑuersa familia ignobilis ac stulte ociositatis.

e

Jciatur hinc omnis spurcitia flagello penitentie. spargatᷓ vndiqꝫ cū suis floribus gratia ⁊ viridis herba virtutū. Ponatᷓ mensa sobrietatis. sternatur castitatis lectus. Jngredere patᷓ dulcissime. ingredere hospitium pusille tue atqꝫ humilis ancille pauperis adolescentule tue. suscipe gratanter que apud illam inueneris. simul in cena nostra discumbamus. Ne queso respexeris ad meā pauꝑtatē. scio quidē quia nullus boꝝ eges que apud me sunt. Apud te sunt omnia sufficit tibi bonus affectus. Verū dulcissime pater/ hoc est qđ a te p̄cipue ꝯsequi desidero. vt mea tibi placeat voluntas. quodqꝫ ex tua clemētia de tuis suꝑabundantibꝰ diuitijs ad meam subleuandā ac sustentandā pauꝑtatē vel parū aliquid impartiri digneris vt hic sustentata/ fame siti ve male non peream in carcere huius corporis ī quo ad presens inclusa sum.

r

Euertere domine. reuertere ad hospitiū tue humilis ancille. M

Breuem nimiū ibi traxisti moram Heu q̄ꝫ dura huius hospitis recessio. fformidabā vtiqꝫ aliq̄d in me esse. qđ oclos tue maiestatis offenderet Heu me miserā. que nō aliā adhibeo diligentiā ad talē ꝯseruādū hospitem a q̊ mihi ꝓuenire pn̄t oīa bona/ voluptates atqꝫ diuitie. Quid itaqꝫ ad pn̄s faciam? Quo medio illū a me sic elōgatū ad me reuocabo? Mandabo oībus que intra me sunt vt illū vtiqꝫ incessantᷓ requirāt/ donec inuentꝰ reuertatᷓ. Exurgite fides spes et charitas. expergiscimini ⁊ vos ad cursum lumbos accingite. diligenter q̄rentes patrem meū donec illū inueneritis atqꝫ ad hospitium meū reduxeritis.

Oratio nuncius anime mittitur.

o

Jscurre tu oratio/ ꝑ magnā celestem ciuitatē/ ꝑ vicos ⁊ plateas ac ꝑ domos singulas/ ita vt nullū sanctoꝝ p̄tereas quē tu nō cū fletu ⁊ gemitu requiras/ ad eoꝝ pedes ꝓcumbēs/ nec hic discedas donec insimul omnes/ vel eoꝝ aliqui gloriosi pr̄is mei tibi demonstrauerit mansionē. teqꝫ ad deū deduxerint ac eius p̄sentauerint conspectibus. Jllos exora vt illum mihi placatū faciant mihiqꝫ de multis meis exorbitantijs impetrent veniam. atqꝫ ita sue gratie restituar. ꝙqꝫ rursus declinare dignetur ad hoc suū humile hospitiū. qđ tam cito deseruit. mea fateor indignitate exigente. Verū sua magna benignitas atqꝫ clementia ꝑte ex vna/ suoꝝqꝫ sctōꝝ dep̄catio ꝑte ex altera. ⁊ rursus mee ꝑuitatis impotentie atqꝫ instabilitatis ꝯsideratio ad reditum poterūt eū inclinare.

q

Uid dicis oratio: que noua refers? Multum nimis demissa ē ac verecunda facies tua. O scio qs tibi hoc fecerit. rigorosa videlicet illa iusticia/ que se contra te ⁊ me ingerit vehemenē allegans me nō esse audiendam/ immo q᷑ ex nunc indigna sim filia dei nominari. cū iam/ mea ignauia/ meā ingenuitatem/ meā diuinam nascentiam. meāqꝫ celsitudinem penitus amiserim ⁊ hoc in meo certe hospitio deformem illū ac horrendū hospitē. s. peccatum admittendo. Quod vtiqꝫ omnē queipm suscipit corrumpit animā. fedamqꝫ atqꝫ detestabilem reddit ac inimicā salutis constituit filiam. O iusticia quis te aduersum me ⁊ aduersus meā orationē ꝓcuratricem ꝯstituit? Nō ego certe te ad hꝰ aduocaui. Scio eñ q̄ꝛ corā te subsistere non possem. Jlli potius miscđie clemēti curie me submisi. illāqꝫ meā constitui aduocatā immo penitus iudicio stare volo. q̄uis ⁊ te etiā iusticiam mihi decet esse ꝓpiciā ⁊ amicam. Cur ita? qm̄ tecū sum vnꝰ sententie. Tu q̄dē odio habes pctm̄ ⁊ ego nūc illud odi. Tu illud ꝑsequeris. hoc idē facio đ illo penitentiam agens puniens et vehemēter dolens q̄ꝛ illud vnq̄ꝫ admiserim. aut ei tribuerim fidem. Jta quippe agēs/ tu ū o iusticia

exerceo officium de meipsa iudiciū sumens
Tu itaq₃ etiam ꝓ me intercedes. ¶ Sed
forsitan mihi dices. q̄ longe circa condig-
nū in hac pte de me summo iudiciū. nō cō
digne vt merui mea vindicans pctā. Pro-
hdolor iusticia/fateor ita esse vt asseris. sed
hoc venit cōdonādū. qm̄ nō subest hoc vi-
ribus meis. Necessitas aūt legem nō hab₃
infirmitas quidē mea paupras atq₃ imbe-
cillitas/non me sinūt ad cōdignum vel eti
am ad votū expugnare ac ꝓsequi pctā cum
sua familia. Sed ab inope/vel pua solutio
sibi possibilis acceptāda est. ⁊ ab operario
debili/labor remissus nō spernendus. Sis
itaq₃ iusticia de mea possibilitate contenta
qḋ reliquū est tua potenti virtute supplebō

C Onsidera igitꝰ. si tui sit officij tue
q₃ cōsuetudinis vltra vires expo
scere. Cū aūt mihi maior aderit
incolumitas ac potentia diuine
gratie virtutūq₃ fortius robur. tunc et po
tentius cū peccato cōgrediar eiq₃ viribus
aduersabor. ¶ Dico insup q̄ benedictus fi-
lius dei ꝓ me debitū sufficienter immo su-
perabundanter soluit. quantūlibet etiā an
tea offenderim saluo q̄ ei me legitime sub
iciam. ⁊ sue sim ascripta familie Nullo au
tem iure/duplex de offensa exigitꝰ emenda.
nam et deus nō punit bis in idipm̄. Quic-
quid igitꝰ miscḋia filij dei circa me facere di
sposuerit/minime tu poteris cōtradicere.
¶ Ceterꝫ iusticia te interrogo. si nō ad instā
tiam sanctorꝫ qui apud te hoc meruerūt te-
nearis aliqḋ annuere? ꝑfecto sic. Quē em̄
honorem illis impenderes si eos te ꝓ pctō
ribus deprecātes velut alios quoslibet qbꝰ
nūq̄ fuisti honori vacuos repellēs. ¶ Va
de igitꝰ oro mea ⁊ reuertē ꝯfitēter ad celestē
ciuitatē. illicq₃ sanctos illos solicites vt ti-
bi et mihi iusticiā pacatam reddant. vt ⁊ il
la simul cum misericordia mihi pacem im-
petrent ad dn̄m deū meū et patrem meum
atq₃ ita ad domū meā vnde exijt denuo re-
uertatur. ¶ O vtinā horā illā ꝑscire possē₃
qua dignabitur dominus meus ad me de-
clinare. Cur nō aliquē nunciorum suorū₃
ꝑmittit. vt legitime parata/ possem illū de
cēter. i. deuote ac sancte suscipe. ¶ Aliquo
tiens em̄ adeo latenter aduenit pulsāns ad
ostium. vt alibi me distractam inueniens/
mox anteq̄ valeā ei occurrere et decentꝰ re-
cipere/discedat. ¶ Sed quid loquor. tam
inconsulte/quid tā temerarie tamq₃ ꝑsum-
tuose peto. vt talis ac tantus dn̄s suos mi-
hi ꝑmittat nuncios. ? Absit. Mihi potius
incumbit semp eius aduentū explorare ni
hilq₃ aliud meditari. nihil aliud operari.
q̄ aduentū eius prestolari. moxq₃ ad ostiū
pulsanti aperire. ipm̄ q̄ reuerenter suscipe
Nō igitꝰ cū curis huius seculi/mea ampli-
us tenebuntꝰ colloquia. sed sedebo solita-
ria in pace et silentio diligenterq₃ obserua-
bo: ne aliud meū subintret hospitiū qḋ tā
ti hospitis oculos possit offendere. qnim-
mo et ego ipsa vadam in occursum sui io-
cundi aduetus.

Meditatio aīe apud

diuinā trinitatem ad speciale robur obtinē
dūm in virtutibus et in sancta vita.

A Ttende aīma mea que tā in-
firma es atq₃ instabilis. attende
verba ꝓphete. Verbo inquit do
mini celi firmati sunt. ⁊ spiritu
oris eius omnis virtus eorꝫ. facilius longe
est tibi a deo cōferri fortitudinē et ꝑseuerā-
tiam in bonis opibus/q̄ celis firmitatē ꝑ-
stari. Si igitur ꝑstitit tibi deus in hac glo
riosa solennitate beatissime trinitatis/ vt ꝑ
potentiam patris in sapientia filij ⁊ ꝓpter
bonitatem et dulcedinē₃ spiritussctī/robur
habeas cōstantiam ac ꝑseuerantiam in bo-
nis opibus. te ipam omnesq₃ vires tuas fi-
ge in dn̄o deo/trinitate sancta. illicq₃ sic ihe-
reas. vt in sola eius potētia tua sit fiducia.
nec extra ipm̄ sapientiā queras finalitꝰ aut
voluptatem. Ita quippe tuam cōseruabis
pulcritudinem qua facta es ad imaginem
⁊ similitudinē illius sanctissime trinitatis
sm̄ memoriā intelligentiam et voluntatē₃
Sed heu frequenter illā defedo et obscuro.
eam luto peccatorꝫ inuoluens ac demergēs
demoransq₃ in terrenis occupatōnibus ac
voluptatibus immundis. Nihilominꝰ ad
ipm̄ reuertere ⁊ ipē te mundabit teq₃ libera
bit ⁊ tue pulcritudini te restituet. quā insu-
per in te firmabit ⁊ stabiliet si tantūmodo/
illi iungi volueris ac velut summe volup-
tati inherere/ ipm̄ potenter amando absq₃
fine/ sapienter absq₃ errore. suauiter absq₃

amaritudine. Eritq; tua spes in sua inuicta potentia. tua fides in sua limpida. sapientia. tua charitas in sua voluntate dulcissima. Hoc profecto potius facies quaꝫ in creatura in qua non nisi vmbra est et vanitas potentie. Quapropter nimirum in vmbram atq; vanitatem defluis. cuꝫ creature finaliter inheres.

Anima christi spōsa

se humiliter accusat. atq; suo sponso totaliter se cōmēdat. petēs veniā de offensis. gratiā suā in pñti ⁊ gloriā in futuro.

P Als sic. Lacrimabilis querela ac deuota oratio creature/ de statu pctī ad dñm reuerti cupientis.

o Jesu. virginitatis sponse. Jesu castitatis fidelis amice: iesu mea spes finalis mea salus. meum singulare refugium. nunc ad te reuerti desiderat anima mea pauper inops ⁊ misera. que totiens ꝑ temerariam rebellionem atq; inertiam desidiosam id facere cōtempsit ⁊ recusauit. que anulū gratie quo illam spiritualiter desponsaueras negligēter amisit. suscepitq; anulum peccati/ se tradens sponsam seruam ⁊ subiectam tuo antiquo hosti. Heu ꝙ periculosum connubium. heu ꝙ stulta ⁊ misera cōmutatio eius q pulcerrimus potentissimꝰ ⁊ opulētissimꝰ est/ ad illū deformissimū miserrimū egētissimū. ¶ Dic mihi o aīa qs tibi hoc fecerit Rñdit mihi/ cuius ꝯsilio freta es. ꝙ sic tuum supremū dñm tuū gloriosum ꝑceptorē paꝝ honorasti. Sic tuū creatorē/ tuū saluatorem/ a quo tibi est oē bonū/ oblita es. Sic tuo vero sponso. tuo fideli amico/ vidēti et ꝯsideranti/ fidē violasti. ¶ Is quidē ꝑmū tibi cor suū impenderat suāq; ad te tantaꝫ oñderat dilectione/ vt etiā ꝓ te mortē acerbissimā pati dignatus sit et tu illi cor tuū ⁊ amorem penitus surripuisti. immo qđ grauius est/ velut ꝑfida et infidelissima spōsa/ sue ꝓprie habitationis portas ꝑclusisti/ q̄s nihilominus illis suis miseris ac nefarijs hostibus sinis esse patētes qui te perdere q̄runt ⁊ eterne morti tradere. ¶ Quid queso arbitraris o anima. Putas ne a pena imunis euadere? Manebit ne tāta iniuria/ tāq; grandis offensa/ tandem penitus multa

O ꝑfide totius humane creature hostis. iā anima mea/ tua seductōne ꝑdita est infelix ac ꝓstrata. quoniā sicut carnifex/ viridi ramo ac modica herba ducit ad mortem agnellam petulantē/ et saltantē/ future sue occisionis nesciā/ ita meā fatuellam animam deduxisti/ momentaneā aliquā huiꝰ mūdi vanitatē sibi demonstrās. quā sic tractā/ tuis vinxisti vinculis eāq; excecasti. ⁊ postmodū plurimis criminū mortaliū lanceis ad mortē vulnerasti. Demūq; sup eā īposuisti graue illū male cōsuetudinis lapidē. Insuper et frigidā illā durā atq; horribilē obdurationis cordis tumbā qua resurgē ꝓhiberetur. qnimmo ꝯtinue magis ꝓstrata iacet terrenis affectiōibꝰ obuoluta ⁊ in fimo ac stercore criminose delectationis inclusa putrescit. ita vt vsq; ad finē maneat fetida ⁊ abominabilis deo ⁊ sanctis eius. Heu me miseram creaturam. heu me si hac in dispositione relinquor vsq; ad finē: Quid nempe factura sum in tali statu moriens. quo ꝓfectura? ¶ Contremisco ista cōmemorās. et horresco vehemenť tātūmō hec recogitās Perpetuis certe sic moriens ardoribus stridoribꝰ ⁊ fletibus mancíparer ⁊ ꝑ rabie tormentoꝝ deū blasphemarē nullā ab ipō cōsolationem ꝑcipiens. Tunc euidenter perpenderem sed sero nimis/ quali preceptorī paruissem. et cum quanto detrimento defecto deo/ dyaboli mundi ⁊ carnis oblectamēta suscipiunť. ¶ Preserua me domine deꝰ ab his horrendis tormentis/ ab hac morte tam crudeli me ꝓtege. ¶ Aduoco te anima olim a deo formata. anima suo ꝑcioso sanguine redempta. anima plurimis donis super ceteras creaturas nobilissime decorata a tot et tantis periculis totiens preter tua merita ꝑseruata. Te aduoco inquā audi me. Tuos nūc paululū aperias oculos ⁊ intuere vbi iaces. Cōsidera vbi tu es. ꝙ ꝓpinqua sis inferis. ꝙ a celis elongata. Cogita quem deseris. quē despicis. cui surdā aurem prebes ¶ Et tu dulcissime iesu animarū medice clementissime/ fons omnis dulcedinis. si humana miseria te valeat ad misericordiā inclinare. respice oculis pietatis hac ꝯpassiōis ad hāc aīaꝫ miserabilē nūc exurgit/ nē expgiscit̄ cū suā nuditatē ⁊ statū miserabilē aduertit/ magnā h ꝯcipit di

Q

splicentiam ꝯfusionē et abominatione et ꝺ sua tam diutina stulticia/admodū admiratur et dolet tāq̄ misera peccatrix que iam plius indigna est tua vocari spōsa/tua amica/demisso vultu flebili/facie ad te suspirat erubescens. nec loqui ꝑsumens. ¶ Dulcissime iesu hanc clementer ꝓspice. brachia ⁊ manus ad te extendit. vt te trahente de ꝓfundo lacu peccati et de stercore in quo tā diu ꝓstrata iacuit/erecta ꝓsiliat. Tu q̄ solus es saluator. ꝓpterea ⁊ ei manū porrigēs eā subleua eamq̄ꝫ perire ne ꝑmittas. Tot vides peccatores qui te minime depcāt/immo te ꝑsequuntur. ¶ Conuertere igitur ⁊ iustifica tuam hanc pauperem animā tuā ancillam humilē tuā pusillam pedissequā: quā aliquādo prius dilexisti sicut et ipā te dilexit. q̄ nūc in magnis suspirijs ⁊ in amaritudine cordis te depcatur. Posses ne hāc nō exaudire. posses ne eā nō suscipe? Profecto minime/immo magnā hinc spem cōcipio. ꝙ tuā in me experior gratiā in q̄ nūc adest mihi hec voluntas ad te reuertendi. ꝙ tibi summo medico/dolorosa illa vulnera anime mee te inspirāte detego ac demōstro. ¶ Olim siquidē ꝑ os tui ꝓphete ꝓmisisti ꝙ in quacunq̄ꝫ hora ingemuerit peccator ⁊ penitentiā egerit/ab omnibus peccatꝭ suis que operatus est. omniū iniquitatum eius nō recordaberis. ⁊ reuera paucos habuisses iustos. nisi peccatores misericorditer recepisses. ¶ Ideoq̄ꝫ saluator iesu christe. aduocate ⁊ meditator noster/simul imperator et frater qui solus nosti meam miseriam ac fragilitatē. si vera sunt que video audeo ⁊ credo de tua dulcedie pietate ⁊ misericordia/⁊ vtiq̄ꝫ vera sunt. ideo te finalit depcor vt meas omnes deleas iniquitates sinceram ⁊ mundā ꝯtritionem tribuens ⁊ integram penitentiā. ¶ Fac vt ꝑ bonā patientiā/omnes tribulatōnes aduersitates et labores quos dietim sustineo ad purgatōnem deseruiant: ⁊ ad pene quā mea peccata demeruerūt remissionē. vt sic in hoc mūdo meū sit purgatoriū: fiat itaq̄ꝫ meam huius mortalis mundi ꝑegrinationē tibi acceptam. Tribue mihi baculū firme fidei. stolā charitatis. et scalā sancte spei. Cōfunde ꝑ tuā potentiā q̄cq̄d mihi īpedimēto eē pōt. ita vt in via/nulla me retineat delectatio nulla me ꝯfundat aduersitās. ¶ Genera in me cor humile piū clemēs erga proximū. sine rixa. sine inuidia. sine indignatōe sine supbia. sine omniū detractione. Tuo amore inflamma cor meū. Vulnera illud sagittis potentissimis. tue pulcritudīs. tui dulcissimi conspectus. tui gratissimi gestꝰ. tui pulcerrimi apparatꝰ. tue speciei dulcissime. Fac vt te semp meditet̄/letanter de te sermonē audiat. ad te suspiret. ad te īgemiscat. tibi cōplaceat. totam intelligentiā. totam mentē. totā curā. ad hoc impendat. vt digne tibi seruiat. qm̄ non est alius amator qui sic vt tu es vices rependat. ¶ Insuper da mihi dn̄e cor liberū. cor sublime ⁊ inclitum quo detester fugiā et spernā/vile lutū mundane cuiuslibet voluptatis/quo quālibet cōtemnā creaturaꝫ. que honori meo: ac ꝓmotioni salutari nō venit adiumento quo te in te diligā. alios aūt omnes in te et ꝓpter te. Demū tu qui es mea spes finalis mea sola salꝰ. meūq̄ꝫ refugiū singulare/subleua me. doce me. sustine me. dirige me. ita vt in illa hora tremenda mortis. meꝰ sis ꝓtector potensq̄ꝫ defensor. spiritꝰ mei aduersus illos canes īfernales. ita vt in pace ⁊ benignitate illū recipias in glīa ī qua te facie ad faciē summo cū gaudio vidē valeaꝫ. ac ꝑenniter adorare. amare ac laudare. Amē.

¶ Explicit.

Epistola eiusdē ad sorores suas docens de quo quis ꝑ singulos dies cogitare debeat.

Sororibus meis in xp̄o iesu charissimis et dilectissimis salutem atq̄ꝫ in ipius deuoto seruitio iugit̄ ꝑmanere. Nō facile exprimi posset gaudiū atq̄ꝫ ꝯsolatio ex bonis nouitatibus frequētius de vobis ꝑceptis ꝓueniens. Utinam idipm̄ nūq̄ inimicoꝝ temptatione aut aliter quouis mō/ gaudiū in tristiciā vertat̄. contrarium videlicet de vestra dilectōe audiendo. ¶ Quamq̄ amātissime sorores oī tempore ad dei obsequium exercitanduꝫ ⁊ informandum/ literas librosq̄ꝫ sufficienter habueritis. ad habendum consolationes

spirituales ⁊ adhuc habebitis alios in po- sterū. Nihilominus noctis vnius vigiliā arripiens/q̄uis pluribus implicatus nego cijs/ad p̄ns scribere curaui breuiter ac sim pliciter ꝑegrinationis processuȝ. a me post modicū tp̄is factū. speciales etiā requestas a me fieri solitas. ſm septē dieꝝ hebdoma- de numeꝝ ſm septem sancti spiritus dona. ſm etiam septem dominice orationis peti- tiones contra peccata septeȝ criminalia. cor respondentes septē beatitudinibus. ¶ In super ſm septem status in celesti paradiso consistētiū. ¶ Quod vero transmitto scri ptum pro presenti non est nisi breue ac sim plex auisamentū ad cognoscendum nomi natim ac sp̄alius de q̄ quis ꝑ dies singulos cogitare debeat. Bone eñ cogitationes in super venture spiritussancti spiramine reꝑ te pariter studio lectōnes sancteq̃ medita tiones. H mōi eñ/non possem neq̃ scireȝ omnes in scriptū redigere nec op⁹ ē. ¶ Pri mo igit̄ cū preces vestras humilime ac re- uerenter corā diuina maiestate funditꝭ aut sanctorum suorum. inuocet̄ vna cum ora- tione vestra/custos vester angelus videlicȝ bonus. necnon sancti aut sancte illius suf- fragium imploret̄/cuius ꝓtunc sollēnitas agitur. Ea de causā vt. s. vester nuncius p̄n ta via oīo/saluā habeat conductū bonāq̃ societatē. ¶ Die quippe dñico ad bñdictā atq̃ indiuiduā trinitatem solitus sum me am dirigere p̄cem vnicuiq̃ ꝑsonarū appro ꝑata diligentius meditando. De patris vi delicet potentia. filij sapientia. sp̄us quoq̃ sancti bonitate. considerans magnā dei cel situdinem admirabilē dispositionē sup fi- lios hominū. ¶ Die autem lune. s. scd̄a fe- ria. meā ordino ꝓcessionē ad sanctos ange licos sp̄us. beneficia ab eisdē nobis exhibi- ta omni tp̄e recognoscens. ¶ Die v̄o mar- tis. s. tertia feria ad ꝓphetas patriarchas a- postolos ceterosq̃ discipulos dñi ⁊ euange listas ¶ Die mercurij. s. quarta feria ad bea tos athletas. s. martyres xp̄i. ipoꝝ ī sua pu- gna fortitudinē atq̃ ꝯstantiā admirando ¶ Die iouis. s. feria quinta ad sanctos con fessores heremitas et religiosos. ¶ Die ve- neris. s. feria sexta ad passionem amarā do mini nostri iesu xp̄i. ad suaq̃ verba ac fc̄tā isto benedicto die ab eodem peracta.

¶ Die insup sabbati ad btāȝ mariā vir ginē speciali⁹ meip̄m ꝯuerto ⁊ ad ele- ctas xp̄i sponsas. ¶ Porro primo die. s. do- minico immoror diutius. donū sancti spi- ritus primū. suppliciter efflagādo. donū. s. sancti timoris dei. Et beatitudinē humili tatis ⁊ sp̄ualis pauꝑtatis. Ad expellenduȝ superbie vitiū cū filiabus seu ramis ei⁹. Et dico pariter dñe deus pater omnipotens li bera me a malo. que clausula est petitio pri mo in dñica oratione cōtenta ⁊ hoc ordine ꝑpostero. ¶ Die auteȝ lune. deuotius atq̃ specialius precibus insisto/ petens ſm san- cti spiritus donū. s. donū pietatꝭ seu miseri- cordie. tam ad me q̄ ad meū ꝓximū. Cuȝ beatitudine alia. s. mititate seu mansuetu- dine. Et hoc contra inuidie venenum. Et vt deus in temptationem ne inducat. i. ne ī temptationib⁹ succumbere ⁊ vinci permit tat. quod est secunda petitio orationis dñi ce. ¶ Die v̄o martis singulari⁹ ꝓ dono san cti spiritus tertio supplico. s. ꝓ dono scien- tie. ad cognoscendū clarius ⁊ melius/ ꝓpri am fragilitatē et finem meū necnō ⁊ statuȝ meū. amicoꝝ quoq̃ meorūȝ. Et dono isto mediante/ad beatitudinē ꝑuenio tertiam que est luctus sancti. ac lacrimaꝝ deuotarū Et hoc contra peccatū ire. Consequenter etiaȝ deū deprecor. vt debita mea dimittat sicut et ego meis ignosco seu dimitto debi toribus meis. s. ꝓximis que est tertia dicte dñice orationis postulatio. Die v̄o mercu- rij/peto donū fortitudinis mihi largiri ꝯ omnia temptamenta mundi carnis ⁊ dya- boli. Similiter oro fortitudineȝ mihi dari ꝯtra acediam bonorū operū. Atq̃ quartā beatitudinem que posita est in bonoꝝ ope- rū iusticie desiderio/in vehementi fame et siti einsdē. Peto nihilominus panē quoti dianū tā corporis q̄ sp̄us mihi tribui. ad for titudinē hn̄dā. ¶ Ceteꝝ in die iouis instā tius dep̄cor ꝓ dono ꝯsilij. ad sciēdū in sin gulis casibus ꝑ qd̄ iter eūdū mihi sit. Quē etiā statū tanq̄ ꝯuenientiorē ꝓ dei obseqo tenere debeā. Et q̄ auaritie malū me nō re tineat. peto beatitudinē quintā dictā mise- ricordiā. Et qd̄ dei fiat volūtas sicut ī celo et in terra. ¶ Die veneris. donū intellectus specialius rogo ad cognoscēdū in tota scri- pturaꝝ serie mihi obiectis in omnibus sub

Ce

huius mundi rebus/occulta seu sclusa mi-
hi misteria. Et vt quelibet visu pcepta/sciā
ad ꝓpriū ꝯuertere ꝓfectū spūalem. queād
modū si celū intuitus fuero/sciā ꝓtinus cō
siderare q2 illic sit mea patria. pulcerria exi
stens ibidē habitatio. Cū videro canē cete
raqꝫ aīalia bruta/quāta solicitudie suis ob
sequunt̄ dn̄is. meditabor ꝙ iusto dei iudi-
cio ꝯdēnantur hoīes inobediētes ⁊ ingra-
ti/deo bn̄factori liberalissimo. Si subulcū
post porcos cōspexero. recordabor pabole
euāgelice de filio ꝓdigo ⁊ misericordi pr̄e
Videbo paupem mendicū vlcerosum/me
morabor pabole de lazaro ⁊ diuite. Vide-
bo diuitē multa sibi ꝯquirētē in annos plu
rimos. recordabor euangelice cōminatōis
stulte ac nocte morieris. ⁊ aīam tuā tollēt ⁊
q̄ pasti cuiꝰ erūt? Videbo filios huiꝰ secu-
li q̄ habent ꝯsolatiōes suas multis modis
sciam memorari quāta sit ꝯsolatio quā p̄-
parauit deus diligentibꝰ se. Sic generalit̄
ꝑ omnia discurrendo. sciam sp̄ repire am-
plam ⁊ p̄sentem deuote orationis materiā
in omnibꝰ que sub aspectu auditu aut alio
sensu se presentauerint/meip̄m in exercitio
orōnis visitādo. Cū hoc parit̄ deprecor mū
diciā cordis mihi p̄stari. q̄ est beatitudo se-
xta. Luxuriā oēm depellens. Et vt dei reg
nū mihi adueniat. vt videlꝫ nō in me pec-
catū sed deus ipse regnet. ¶ Postrema die
sabbati/obsecro sapie donū ad sapiendum
ac gustādū spūalē bonoꝝ vtutē ⁊ gr̄e boni
tatisqꝫ dei ineffabilē dulcedinē ⁊ vt nll'a pe
nitus cura mihi sit de huiꝰ mūdi falsa dul
cedine. Et est ꝯtra gule viciū. Itē peto verā
cordis pacē ac cōscie septimā beatitudinē.
Et ꝙ dei nomen bn̄dictū in nob̄ scificet̄/
hoc est ꝙ oīs immunditie expertes simus.
¶ Carissime sorores: si quotidie aliqd/
mō supra dicto ex libris vr̄is. aut certe
aliter addisceretis/sic exercitando vosip̄as/
multū sine dubio ꝓfectū in scīa virtutibꝰ
atqꝫ in deuotiōe acquirere possetis ¶ Hec
mee est intentionis/ꝙ ꝓpter mea scripta p̄-
sentia alias meditationes pias et vtiles at-
qꝫ bonas deseratis ac modū vestrū faciēdi:
scꝫ ꝓcessionē siue pegrinationē spiritalē ad
sanctos et ad sanctas/tā ꝓ vobis ꝙ ꝓ alijs
amicis vestris/viuis ac defunctis. Nō eni
ignoro ꝙ sepiꝰ vna ꝑsona ꝑ aliquid ad de-

T

uotionem facile incitat̄/quo alia nō ita ad
eā mouet̄. Et idcirco quisquis suo relinqt̄
studio/suaqꝫ in talibus experientia. Mihi
vero. supra agendi scriptus modus profi-
cuus est repertus. ¶ Rursus quotienscun-
qꝫ oratiōis arcanū intraueritis. Primo co
gitationi vestre/pctā ꝓpa obiecta sint/indi
gnitatemqꝫ vestram intime considerātes.
et sit deo sanctisqꝫ suis dicite. O domie de-
us. ecce venio tuā exorare maiestatem nihil
omnino de bonitate mea p̄sumens. de vir-
tute aut dignitate. sed in tua maxima gra-
tia atqꝫ misericordia cōfido. Quia certe ali
ter. oratio vestra citius impediet̄. execrabi
lisqꝫ deo reddet̄. supbia comitante. Diliḡe
tius obseruantes ꝙ in tali cogitatiōe ⁊ pe
titione ꝑseueretis quoadusqꝫ corde intimo
senseritis nullā omnino fiduciā de vobis-
metip̄is hr̄e/ sed solūmodo i dei misericor
dia infinita. Et sic postea de alia securiꝰ po
teritis cogitare ꝙ antea. ¶ Equidē quoti-
enscunqꝫ deuotionis ibre suaui ꝑfusas vos
senseritis/nō id vestris meritis ⁊ ꝓprijs bo-
nis actibus euenisse meditamini/quin po
tius ob alicuius sancti aut sctē. intercessio-
nē aut alicuiꝰ amicoꝝ vestroꝝ/certitudia-
liter putet̄. Et pariformit̄/ad vosmetip̄as
reuerse si fueritis/ quotienscunqꝫ vane gl'ie
ventum sonare pceperitis. nihil vobis no-
cebit hic sibulus. ꝯsiderabitis em̄ vosmet
ip̄as. intuētes defectus ꝓprios dicentes in
tra vos. tale peccatū nefandū ac talia mise-
ra ꝑpetrasti. ⁊ quō ergo cogitare ausa es/ta
lem deuotionē a deo tibi ob tua merita cō
cedi. ¶ Interea cū ad aliquē electoꝝ aut
electaꝝ. vos contingit conuerti audacter
eidē dicatis/q2 a deo ad ip̄m transmissi fue
ritis ad petendū suam elemosynā gratiarū
Nec sic falsum dicetis. Sine em̄ dei inspi-
ratione/aliquē sctōꝝ deprecari velle seu vo
luntatem habere nō potestis. Poteritis igi
tur ip̄m alloq dicentes. ꝙ exquo dei cōpla
cet voluntati/vt ip̄m sctm̄ exoretis refuta-
re vos omnino ei nō licet quin ꝓ vob̄ idē
ip̄e ad deum intercedat elemosynam expe
tēdo exquo eum requiritis. Magna enim
foret rusticitas ⁊ indignum omnio alicui/
refutare ⁊ spernere quepiā diligentius se re
quirentē. Dicere nihilominus poteritis hꝰ
modi electis a vestra deuotiōe reqsistis. qa

plures vestris oratiõibus ꝑsecutores crudeles/cõuersi sũt/multomagis igit̃ facere ꝑcem debetis ꝓ his q̃ vos nunq̃ ꝑsecuti sũt sed modo deuotius depcant̃. ¶ Deinde attendite diligentius in cuiuslibꝫ sancti festiuitate/bona misericordie ab ipo dñ hic vixerit patrata supplicantes/vt ꝛ vobis faciat similiter. reducendo eadẽ/ ad bona animarum vestrarũ. ¶ Considerate insuꝑ maximam sanctorum ac sanctaꝝ angelorũqꝫ cohortem sine multitudinem. ꝛ a singulis eorum deuotius rogetis/quatinus apud deum vnũ remissionis diẽ impetrare dignet̃ ꝓ pene relaxatione ob vr̃a demerita debite. Et certe obtineritis vltra mille milia dierum/si ab ipis exaudiri vos ꝯtingeret. Et exaudimini vtiqꝫ. si solũ mõ debito et congruo/eos depcemini. ¶ Demũ oremꝰ sup oĩa/q̃ deus omnipotens iudicet puniatqꝫ nos in sua curia miscðie in pñti seculo/et nequaq̃ in curia iusticie sue rigorose/puta in inferno. Et hoc est q̃ oratis dicẽtes. Domine ne in furore tuo arguas me ꝛc̃. ¶ Faciatisqꝫ nihilominꝰ dilectissime/ ꝓcessionẽ vestrã in infernũ ex hoc timore reportãdo In paradisuꝫ etiã atqꝫ in purgatoriũ pro gente vestra sanctaqꝫ mr̃e ecc̃lia deũ exorãdo. Specialius vo ꝓ parentibus cognatis et amicis viuis ac mortuis.

¶ Finit.

Sequitur tenor appellationis cuiusdam peccatoris a diuina iusticia ad diuinã misericordiam ab eodẽ cancellario edite.

D

In tua O regina celi/ꝛ mũdi totius dñã/ dei genetrix illibata virgo maria ac vr̃m oĩm celestis regni ꝓceꝝ. ciuitatis eterne ꝯciuiũ et btẽ felicitatis coheredũ/ coram dei throno ꝛ agno iugit̃ astantiũ tuiqꝫ sacer euãgelista Johes pudice virginalis paranimp̃he/celestiũ scrutator egregie/ ꝛ diuinoꝝ scriba doctissime tanq̃ ĩ ꝑsona singul̃ autentice/ ꝛ ꝓrogatiue scititis ꝛ dilectiõis amplioris dignissime pñtia Ego. N. omniũ filioꝝ dei ingratissimꝰ meritoꝝ pauprimꝰ. et sceleꝝ heu abundantissimus ab oĩm pctõꝝ meoꝝ grauamĩbꝰ firmo correctiõis ꝓposito et animo ad emendationẽ vite melioris fiducialiter appellãdi. et lacrimarũ mearuꝫ ꝓfluuijs/a districtissima tua dñe iusticia/ ad clementissimaꝫ bonitatis tue misericordiam ꝓuocãdi. dico ꝓtestor ꝯfiteor ꝛ ꝓpono. q̃ licet ego peccator impius indignꝰ ꝛ miserrimꝰ tantilla mea tpa pueritie metas/adolescẽne cursũ ꝛ ꝓuectiorẽ virilitatis mee ꝓgressũ imo oẽs vite mee ꝓcessus. Annos mẽses dies horas ꝛ momenta. timore tuo post posito. animo irreuerenti ꝛ infrunito cogitatu. desiderijs ꝛ conatibus mal̃ volũtate ꝓposito et cõsensu peioribus. necnõ ope ꝯsuetudine ꝛ contemptu pessimis incessant̃ ꝛ impie transegerim. legẽ tuã peccando dereliquerim. iusticias tuas ꝓphanauerim. gratiã tuam abiecerim. mandata tua nõ custodierim. salutaria tua cõsilia ꝛ monita paruipenderim pietatis opa. segniter neglexerim dona spiritus septiformis/mortaliter a me repulerĩ beatitudines et virtutes maliciose spreuerim. ecclesiasticis me sacramentis indignũ reddiderim. Temereqꝫ boni proprie salutis immemor peccata cõmiserim obseruantias ecclesie sancte/catholicas ꝛ precepta/ꝑtinaciter transgressus. flagitiosis meis operibus/fidem tuaꝫ violauerim/peccatis meis rursum te fili dei crucifixerim. omnibus tuis beneficijs et donis gratuitis ingratus extiterim. flagella tua licet pauca murmurando susceperim. ¶ In superbia vite. auaricia cordis. inquinatione mentis et corporis inuidiosis actibus peculiaribus castrimargijs iracũdis motibus. acediosis temporibus. innumeris voluptatibus actualibus culpis mortalibus ꝛ criminalibus vicijs. venialibus peccatis. offensis spiritualibus. corpis cordis et oris iniquitatibꝰ factis illicitis. ꝑsumptiõibus temerarijs. crebris inobediẽtijs. negligẽtijs ꝛ delictis pl̃urimis. et alijs nefandis excessibus. ex malicia et fragilitate. omnibus interioribus et exterioribus meis sensibus te deũ meũ grauiter ꝛ multiplicit̃ offenderim. Et his mal̃ ꝓprijs nõ contentus/ mala malis accumulans alijs occasionẽ peccandi prebueri eos in puteũ interitus mecũ traxerim Peccantibus consilium auxilium ꝛ fauore impenderim. exemplis ꝑuersis. ipẽ ꝑuersus inno-

cētes ꝑuerterim. Ad peccata que rarissime defleui quasi canis ad vomitū ⁊ sus ad volutabꝛū luti/post lamenta tanq̄ ea nō plāxissem impudice redierim Ac ꝑmissā ⁊ omnia alia mea facinoꝛa/tibi cuncta videnti/notissima/oꝛdine/sciencia loco tpe et causa vltra modū auxerim ⁊ aggrauauerim. mala quoꝛum non est numerus nequiter commiserim ⁊ ꝑ ea sentētiā moꝛtis eterne (qua dicitur anima que peccauerit ipa moꝛiet) damnabiliter incurrerim. in iudiciū tuum hoꝛrendū et iustissimū domine/⁊ in manū tuam dei viuentis/ꝑniciose nimis incide rim. indignationē tuam incurrerim. a consoꝛtio celestis exercitus me sepauerim. ⁊ ab iniquitate mea in qua vsq₃ adhuc quasi ꝑ talentum plumbi resideo vt resurgere non adiecerim. sempq₃ te dominum vocantem me ad penitentiam nō audiuerim ꝓmittē tem te pꝛemia eterna renuerim/et te moꝛtē cōminantem ꝑpetuam/et diuitias bonitatis patientie et longanimitatis tue/in anime mee ꝑiculum et salutis dispēdiū ꝯtempserim. ¶ Tū tu rex foꝛtis ⁊ potens/vltoꝛ metuende terribilis/⁊ iuste iudex/de cuius oꝛe sedentis in thꝛono/ꝓcedit gladiꝰ ꝑ iudicium ⁊ iusticiam bis acutus: ꝯtra iniuriā ostendēs mihi bonitatē et patiam sustinuisti et expectasti/vt mihi miserearis. Pꝛolōgaui iniquitatem et tu bonitatē continuasti/in charitate ꝑpetua miserās dilexisti me attraxisti dissimulasti pꝛopter penitentiam omnes transgressiones meas ⁊ scelera mea Contemptus ingratitudines ⁊ delicta/nō impꝛoperasti mihi. beneficia non detraxisti pꝛopter crimina. tolerasti patienter omnia mea flagitia/ custodisti me ne vltra ea que feci committerem grauioꝛa. Nō fecisti mihi ſm peccata mea/ nec iuxta iniq̄tates meas. Non tribuistis ꝓ malis mala/sed pro malis bona. Nō intulisti mihi oppꝛobꝛia non irrogoꝛasti conuicia. retraxisti manuȝ vltricem vibꝛanteȝ super me vindicte gladium. distulisti sententie moꝛtis executionē Suspendisti iudicium et iusticiam/pꝛorogasti spe coꝛrectionis vite mee terminum ⁊ peccatoꝛum meoꝛuȝ vltionem dignissimā/ vsq₃ in hoꝛā pꝛesentē misericoꝛditer auertisti in miserationibus tuis multis factum est vt non sim consumptus ne perpetuum sustineam saluationis pꝛeiudicium. patrimonij celestis iacturam. beate visionis carentiam. damnum coꝛpoꝛis et anime damnationis penā. nō moꝛituri vermis doloꝛem. inextinguibilis ignis incendium. stridoꝛem dentiū tenebꝛas fletū. luctum ⁊ grauamen. ¶ Ex ꝑmissis igitur domīe si a me faciē auerteris ⁊ misericoꝛdiā despereris. si iniquitates meas obseruaris/si in ira tua arguendo me misericoꝛdiā tuam attenueris ⁊ antique misericoꝛdie recoꝛdatus nō fueris. si imperpetuum mihi irasceris ⁊ misericoꝛdiaȝ a me peccatoꝛe ineternū absconderis/si iusticie tue soliū me iudicaturus ascēderis/et oblitus fueris mei finaliter misertus mi. Sciens me pꝛe iniquitatū meaꝝ multitudine et graui peccatoꝝ onere me culpabiliter in hac vita grauatū/nō indebite. timēs q₃ verisimiliter si tantis tribulationibꝰ adiutoꝛē nō inuenero/post hanc vitaȝ me plꝰ ⁊ multo foꝛtius aggrauari. Ideoq₃ deꝰ. iudex iuste/in his scripturis lacrimarum mearum attramento conscriptis. a te irato et iusto iudice et a sententie tue diuine iusticie a te placatū et miscōdeȝ patrē miscōiaꝝ q̄ tardā nescis miscōiam ⁊ cui ꝓpꝛiū est sꝑ misereri ⁊ ꝑcere. q2 supioꝛē nō hēs cū tu sis solus altissimꝰ ⁊ ī miscōia copiosus/ad tribunal tue clemētie bonitatis ⁊ miscōie q̄ iudiciū superaltat/ī spe venie. Ego miser/ad te misericoꝛdem/cuꝰ miscōie nō est numerus ꝓuoco et appello. Et te reginā ⁊ mr̄em misericoꝛdie oēsq₃ sanctos ⁊ electos dī ⁊ spālr vos iudices iusti cōmilitones aplōs peto/ vt instanter instantius instantissime ꝓ me pctōꝛe miserrimo. ad deū meū suppliciter intercedatis/ac iteruȝ ⁊ iterū et cum oī qua possum deuotionis ⁊ humilitatis instācia a te cuius misericoꝛdia plena ē omnis terra/et ꝑ te in celis ꝑparata ⁊ ineternū edificata gratiam ⁊ veniam. Et q2 in misericoꝛdia diues es/clementiam ⁊ misericoꝛdiam peto mihi dari. cum ipē deus meus sis/cuius miserationes sunt super omnia opera tua. qui cui volueris immo omniū misereris et qui gratiam ⁊ misericoꝛdiam in quacunq₃ hoꝛa peccatoꝛ ingemuero mihi dare possis et velis/subijciens coꝛpus et aīam vitam res. statū et tempa mea necnō omēs et singlos miscōie tue adherētes seu adhe-

rere volentes ꝑtectioni et gratie abundan tissime bonitatis ⁊ miscdie tue dñe deꝰ pa ter unigenite iesu xp̄e et spiritus orphano rū paraclite indiuiduaq3 trinitas bñdicta ¶ Protestor etiā ꝙ p̄sentē orationis mee deuotionē aspectibus tuis sepius publicarī ac mores et vitā auxilio tuo q̄to celeriꝰ po tero corrigere ⁊ emēdare volo. ¶ Rogo etiā am te fili dei crucifixe / vt lateris tui vulne ris signo. quo illam in cruce pendēs oratō nem. pater ignosce illis q2 nesciūt quid fa ciunt consignasti / ⁊ in qua ꝑ tua reuerētia es exauditus. hanc etiā oratiūculam meā diuine ꝓuocationis miscdie clemenē con signes ⁊ eam misericordie multe facere di gneris efficacem. ¶ Requirēs te sacer scri ba Johes quatinus p̄sentem meā oratiōē tibi cōmisse virgini matri cum exoratione pro me publices. ¶ Et tu regia misericor die eam cum ostensione pro me pectoris v berum tuorum. que3 genuisti dei filio no tifices. Tu quoq3 fili clementissime eā pa tri cū oblatione ꝓ me passionis sanguinis vulnerū tuorum ⁊ mortis offeras / accepta bilemq3 facias alme trinitati / vt p eā ⁊ alia pietatis opa gratiā ⁊ misericordiā / peccato rum remissionē ⁊ veniā requiem ⁊ vitā me rear sempiternam. Amen.

Sequitur oratio apo stolorum.

Quia iusticiā mea3 tāq̄ fragilitati ⁊ demerit[?] tuis intolerabilē decli nās / ad tribunal miscdie mee tāq̄ ad sup iorem iusticie / sub spe venie humiliter ap pellasti. Jdcirco quia misericordia te rede mi in misericordia te saluū feci / misericor diam docui / misericordiam et non morte3 volui / misericors sum / miserator longani mis et multum misericors / immo sum pa ter misericordiarum Et quia regina glorie mater misericordie mater mea astat a dex tris meis / pro te bona loquens / ⁊ misericor diam postulans / cui nō est mihi fas aliq̄d denegare ob reuerentiam ⁊ pietatem multi tudinis misericordie mee. et intercessione3 matris mee / omniumq3 electorum / gratie et misericordie in gloria participum. Ap pellatōni tue misericorditer defero / ⁊ te ad tribunal misericordie mee. clemēter admit to. tibiq3 vt misericordiam consequar[?]. om nium dierum vite tue terminum pempto rium ad prosecutionem misericordie et ipi us assecutionem assigno. Ac latam contra te sententiam iusticie mee. ꝓpicius relaxo. Jta vt si vsq3 in finē misericors fueris / mi sericordiam tū meam qū aliqū pecces a te non despergam vt damnem. neq3 nocebo / in veritate mea / vt abijciā te in finē. sed ꝓ peccato vapulabis. sed tū nō peribis.

¶ Finit.

Tractatus eiusdem de oratione et suo valore.

¶ Prima pars.

Oportet sp orare ⁊ nō deficē Scripsit Tulliꝰ accuratissi me cōmētariū fratri suo de petitione romani ꝯsulatus / suadens vt in omni loco se dens ⁊ ambulans recogitet secum assidue Quis es tu qui petis / quid petis / et a qui bus petis. Subijt animū / scribere tibi ger mane charissime de petitione / nō terrestris consulatus sed celestis incolatus. Ad hoc em̄ professionem tuam vocationem tuam sacerdotiu3 tuum dedicata esse memineris Proponas igit̄ in omni meditatione tua. in omni opatione tua loco et tpe. quis et q̄ lis es qui oras. quem vel quos oras. quid vel pro quibus oras? Cetex quodlib3 isto rum cōstringito sub ꝯsideratione quadru plici / ne ꝯfusionem infinita quedā mentis euagatio parturiat

Quis es qui oras? Si ad ꝓpria merita respexeris / incertus es an a more vel odio dignus sis. Jncertꝰ idcirco an tremenda cadat super te illa sen tentia. Cum is qui displicet (inquit beatꝰ Gregorius) ad intercedendum mittitur / irati animus ad deteriora prouocat̄. Por ro certus dicere poteris cum Esaia. Om nes iusticie nostre quasi pannus menstrua te. Certus preterea dicere potes cum Dani ele. Non in iustificationibus nostris pro sternimus preces nostras añ te Nihilomi nus tibi cōscius esse potes si fidem. si spem si dilectionem. si dona tibi cetera quedam contulit deus. que scire que recognoscē po tes esse gratis data q̄uis si gratum te fa

ciant et non potius confundant ingratitu
dinem tuam prorſus ignoras Ora tamen
in meditatione tua / cum humilitate / ⁊ vir
tute donorum celeſtium gratis datorum:
quoniam ꝓprius motus illorum eſt impe
trare magna. ſicut fidei etiam informis fa-
cere miracula. ſicut ſpei liberationem impe
trare. ſicut dilectionis dilectionem recipro
cam extorquere quodammodo Iuxta illd̄
Prouerbij / Si vis amari ama. Et ita d̄ re
liquis virtutibus donis beatitudinibꝰ ſuo
modo dici poteſt. et hoc ꝙ̄ late pateat vid̄s.
¶ Secundo recogites in ip̄a meditatione
tua. profeſſionem in monaſterio ⁊ in ſacer
dotio conſecrationem. videbis te conſtitu
tum et peculialiter dedicatū vt ſis veluti q̄
ſtor aliquis. q̄ ꝓ languētibus et indigenti-
bus in hoſpitali magno totius orbis etiam
vſqꝫ ad carceres purgatorij / querere debe-
as elemoſynam. nō tam corporaliter ꝙ̄ ſpi
ritualiť ſuſtentantē. Petas igiť ne reſpiciať
īdignitas tua ignauia tua / ſꝫ aliena miſeria
ꝓ cuiꝰ ſubleuamine q̄ris miſcd̄iaꝫ / quā vt
nō impediat ꝓp̄a miſ͛ia tua / ſupplex pete.
¶ Proinde t̄tio vſeť meditatō tua / in q̄bꝰ
v̄bis vł̄ o ꝑibꝰ oras deum. Nā multa ſunt
ꝑuilegiata q̄ ſortiunť efficatiā nedū ex ope
rante ſed ex quadam vi opis oꝑati / ꝓut in
eucharistie cōſecratione ⁊ ſumptione ⁊ ali
orum ſacramentoꝝ miniſtratione quādaꝫ
vim ſuſcipiunt / ex ꝑte diuini et eccleſiaſtici
mandati. Sicut et oratio dn̄ica quā deuſ ꝑ
ſe fecit. Sicut hore canonice vel cetere ora
tiones quas eccl'ia dicendas iſtituit. Alia
etiā ſunt oꝑa ꝓ quibus indulgentias pon-
tifex dedit. Dic igitur deo; dic eccl'ie. Exur
ge ī p̄cepto qd̄ mādaſti. ¶ Demū q̄rto me-
ditationē tuā ꝯuerte quoꝝ ſis miniſter / ad
orandum vicꝫ deū miſſus inſtitutus. roga
tus vel obligatus. Sit hoc ex generis ꝓpin
quitate. ſit ex elemoſynarū ſuſceptione. ſit
ex amicitie viciſſitudine ſeu requiſitione.
quoniam ſi mittentes ſunt in gratia quem
admodum ſunt omnes in carcere purgato
rij et plurimi ex hoſpitali magno p̄ſentis
ſeculi, tua non erit ingrata neqꝫ prorſus in
efficax oratio etiaꝫ ſi peccator ſis; Datur ex
emplum dum mittiť ꝑ ſeruū neq̄ꝰ a domi-
no bone intentionis elemoſynā petentibꝰ.
¶ Vides igitur quis et qualis ſis q̄ oras.

q̄ donis gratuitis nō omnino cares. Naꝫ
meditabor inſtitutus es: q̄ dei p̄ceptū ⁊ ec
cleſie mandatū et theſaurū habes. q̄ ab ali
is miſſus et iuſſus es.

Y Lterum principale quod ipſa ti-
bi meditatio tua debꝫ ſugerere ē
quem vel quos oras. Et quidem d̄
omnipotētis dei immenſa liberalitate / cui
ꝓprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere / q̄ om
nipotentiam ſuam parcendo maxime ⁊ mi
ſerendo manifeſtat. cuius indigentiaꝫ / nul
la peccatorum / nulla flagitiorum / nulla ſce
lerum quantumcunqꝫ multiplicatoꝝ enor
mitas / ſuꝑat valet Multū ꝓfuerit hec ex
intima cordis humilitate fide ſubnixa / vi-
uaci meditatione ruminaſſe. etiā vbi nihil
in ſe quod nō merito diſplicere poſſit inue-
nerit. ¶ Ceterū. q̄ mos humanus hoc hꝫ
vt mediatores et interceſſores querat dum
potens aliquis rogādus eſt. Qm̄ preterea
recte pronunciauit Dioniſius hanc eſſe le-
gem diuinitatis / vt ad ſuprema reducanť
infima ꝑ media. Tu iuxta conſiliuꝫ Iob;
Ad aliquem ſanctorū conuertere. Qd̄ age-
re potes ſub q̄druplici meditatiōe. ¶ Con
uertere igitur ad aliquem ſanctoꝝ vel ſan-
ctam. qui deo proximior eſt in glorificatio
ne. ſicut et maioris meritij fuit. quēadmo-
dum de anima chriſti. de beata virgine ma
tre dei de iuſto ioſeph ſponſo ſuo de beato
Iohe baptiſta. et ſanctis apl'is et de ſubli-
mibus angeloꝝ ordinibus / martiribꝰ ⁊ cō-
feſſoribꝰ. virginibus ⁊ ꝯtinentibus. ſatꝭ cō
ſtat. ¶ Aut ideo certe ſecundo ad aliqueꝫ
ſanctoruꝫ conuertere. qui familiariori q̄dā
deuotione tibi cognitus eſt. vt patronꝰ ec-
cleſie ī qua baptiſmū ſuſcepiſti. aut in qua
beneficium vel ordinem ſortitus es vel cu-
ius ingreſſus es ſanctum templuꝫ Eſt orā
dus p̄terea ſanctus cuius nomine inſigni-
ris. Eſt orandus ille cuius virtutes ⁊ vitā
mirari ſoles ⁊ colere cognitā ex litteris. De
niqꝫ mira fiducia ſꝑ adorandus eſt angelꝰ
ꝓp̄e cuſtodie deputatꝰ ¶ Aut tertio rurſꝰ
ad aliquem ſanctorum conuertere ꝓ neceſ
ſitatibus aliquibus ſubleuandis vel ꝓ im
petranda ſpeciali quadā gracia. qui ſanctꝰ
vel ſancta priuilegiatum donum recepiſſe
memoratur a deo vt pro talibus opē ferat.
Diuiſiones eni̅ graciarū ſunt. ſicut tradit

apostolus. quod verum est nedum de viatoribus sed etiã beatis. Sub quo respectu canit ecclesia de quolibet sanctoꝝ. Nõ est inuentus similis illi. ¶ Proficit insup qrto si reuoces ante mentis oculos cõuersationem aliquarũ psonarum siue mortue sint siue viuentes quã pbatam esse vl' fuisse cognoueris. Nihil enim impedit/quo minꝰ oratio nostra cõuertatur ad huiusmodi psonas peculiariter et secreta quadã deuotione, q̃uis ipsas non canonizauerit ecclesia. In quibus quid aliud veneramur q̃ relucentem in eis multiformem dei bonitatem Que vbicunq̧ et qualitercũq̧ visa fuerit apparẽ potest absq̧ picnlo coli et suscipi de uoto mẽtis amplexu. Complectit̃ hec meditatio pueros innocẽtes nr̃i generis q̃s iõ ꝯstat saluatos quoniã in gratia baptismali mortui sunt. Complectit̃ et parentes nostros ⁊ affines alios in quibꝰ gloria quã eos habere pie credimus. naturalẽ et ingenitũ amorẽ non tollit sed pficit et auget

Ecogites ad extremũ in ipsa meditatione tua/quid vel pro quibus oras. Quem modum sub compendio reducimus ad quaternarium.

¶ Quidam sunt in gratia. sicut defuncti ĩ purgatorio. vel plurimi viuentes in seculo pro quibus est deo placens oratio quemadmodũ fit dũ ꝓ amico ad amicũ defert̃ intercessio. ¶ Inueniunt̃ alij quorũ laudabilis conuersatio/plurimum edificat ecclesiam qui si caderent/fierent in horrendum scandalũ omniũ bñ viuentiũ fabulã ⁊ derisum. ¶ Aut tales sunt. quoꝝ cõuersio valde ꝓficeret reipublice seu christianitati sal temvt in hoc nõ relinqueret dñs virgã peccatorũ sup sortem iustorũ vel populoꝝ afflictorum. Alij sunt ꝓ quibus est orandũ quatinus vbi supabundauit delictũ. sup abundet ⁊ gratia. qui sunt supramodũ peccatores psecutores et hostes acerrimi. Tu deniq̧ sup omnes et p̃ oibus miserere anime tue placens deo pete ab eo vt vias tuas dirigat. omniaq̧ tua consilia in eo permaneant Insup quid ab eo postula. i. solidũ et stabile bonũ eterne felicitatis. Reminiscere conformiter ad hanc meditationez tibi diũctoꝝ. qm̃ qui suoꝝ ⁊ maxime domesticoꝝ curã nõ habet in oratiõe sua/fidem negauit et est infideli deterior. Sit in omnibus ⁊ pro omnibus cardo desiderioꝝ tuorum et orationũ voluntas dei bene placens et pfecta. Exaudiat pete cardinẽ hunc desideriorum tuoꝝ quomodolibet dispo suerit deus. p arma iustitie a dextris ꝓsperitatis et a sinistris aduersitatis p infamiã ⁊ bonã famã. ⁊ satis est. Hoc tandẽ ꝓ cõperto tene/q̄ pmisse cõsiderationes ⁊ sites ꝓficiũt apud eos qui seipos ad orõnẽ ꝯtinuo vsu voluerint extendere siue exercere. Quẽ admodũ Cicero tullius ꝓtestat̃/dum eloquentie pcepta tradit dicens .q̄ si deest exercitatio/modicũ vel nihil ars proficit. hꝰ multo magis obseruandũ est in ꝑceptis de orando deum alioquin verba fiunt surdo et lux ostenditur ceco. Exercitiũ vero si vigilanter affuerit/faciat sibi materiã orationis deuote rem omnem que sub aspectu vl' auditu vel alio sensu se repñsentauerit. Videbit subulcũ post porcos recordabit̃ euãgelice parabole de filio prodigo et clemẽtissimo patre. videbit pauperem mendicuz et vlcerosum recordabit̃ euangelice parabole de Lazaro et diuite epulone. Videbit diuitem multa sibi conquirentẽ in annos plurimos. Recordabitur euangelice commiscionis. Stulte hac nocte animam tuaz tollent a te et que parasti cuius erunt? Videbit filios huius seculi qui habent consolationes suas/multis modis. Meditabitur que sit consolatio quã parauit deus diligẽtibꝰ se. Videbit etiã bruta aialia quãta solicitudine sicut canes domestici seruiũt homini. Meditabitur q̃ iusto dei iudicio cõdemnant̃ homines inobedientes ⁊ ingrati deo benefactori liberalissimo. ¶ Sic i oĩbus et p omnia discurrat tua meditatio et reperies amplissimam et semp p̃sentez materiam orationis. Considerans igit̃ attende et fac. qm̃ ita tibi diligenti deuz/omnia cooperantur in bonũ. ¶ Meditare igitur vt columba simplex ⁊ gemẽs. et sit meditatio tua in conspectu dei semper. Est autem meditatio fortis ⁊ vehemens attentio ⁊ studium ad aliquod inuestigandum p intellectum. vel deguftandum per affectum Sic meditari iubeat qui dicebat. Gustate quo ad secundũ. ⁊ videte quo ad primum. qm̃ suauis est dominus. Rursus idem psal. ait

In meditatione mea. exardescit ignis. sub intellige illuminans intelligentiã ⁊ inflã mans affectionẽ. Quod aliter fieri nequit/ si nõ in vnũ colligat se mens nostra: compri mens et reprimens varios et vagos occur sus et recursus inutiliũ cogitationũ som nio similium. manu districte redargutõis. ¶ Tandẽ ipsa meditatio que laborem ha bet ⁊ fructũ/ vertetur in contemplationem que facilis erit vt cogitatio. sed non vt cogi tatio infructuosa sed fructuosior etiam me ditatione. Tunc enim per ꝯtemplationẽ/ vi debis et afflues ⁊ mirabitur et dilatabitur cor tuum. Nam cõtemplatio est liber ⁊ ex peditus mentis intuitus in res prospicien das vndequaq; diffusus. et in diuina spec tacula suspensus. Inde fit vt sicut aliquis bñ ⁊ ꝯtinue meditãs scribere cũ laboriosis sima tarditate. tandẽ puenit vt celeriter ab sq; labore dum incipit bene scribat. scribẽs autẽ celeriter/ neq; bñ neq; celerit̃ vnq̃ scri bit. Ita de meditatione celestiũ accipe. Iu uabit aũt te lectio erudiens/ oratio lactans meditatio ꝓut dictũ est pascens vt ꝯtẽpla tio suauiter delectans. nutriens ⁊ diuinit⁹ afficiens subsequat̃.

Secunda pars

Multum valet (vt testatur Iacobus apostolus) deprecatõ iusti assidua. De petitione nõ romani consulatus vt Cicero Tullius: sed celestis incolatus scripsi nup tibi frater charissime. ex quo plecto siue inspecto. potest illa consequenter solui dubitatio que multos inquietat. Quid ⁊ q̃tum valeat oratio. si ꝓ multis. si ꝓ amicis si ꝓ se tantũ quãtum ꝓ vno ꝓ inimico. ꝓ alieno? ¶ Incidit autem protinus distin ctio de triplici facie petitionis/ qua orãs ni titur impetrare. aut per modum sit libera lis et gratuite donationis. aut p modũ me ritorie actionis/ aut per modũ satisfactiue recompensationis.

Primũ respicit liberalissimã donã tis misericordiã absq; respectu ad merita quecunq; ipsius orantis vel alterius ꝓ quo fit oratio. Et quoniam si cut misericordiarum dei non est numerus pondus vel mensura. sic non cadit sub no stra numeratione/ vel mensura quid ⁊ quã tũ quib⁹ ⁊ det. qui prior nos diligit pura et gratuita voluntate cuius voluntatis nõ ẽ querenda ratio que frequenter vbi supabũ dauit delictũ. facit et gratiã superabũdare. Exemplũ in rege qui suos incarceratos di mittit qñq; liberos absq; p̃cio vel mercede ⁊ absq; intuitu intercessiõis cuiusq̃ facte/ q̃a ad hoc ipm̃ sue liberalitatis virtus trahit. ¶ Hic est frequentissimus apud sacrã scri pturam modus oronis sanctoꝝ patrũ atq; prophetarum.

Porro si fit petitio p modum meri torie actiõis tunc nullus impetrat de condigno qui caret charitate. Qui vero charitatem habet/ eo (ceteris pa ribus) est efficatior oratio sua ꝓ seipso quo ad premium essentiale beatificum ꝓmerẽ dum quo feruor charitatis et conatus fue rit maior. Ceterum si de premio loquimur accidentali siue sit illud premium eternũ in celis. siue sit transitorium ⁊ temporale in terris. Dicimus ꝯformiter ad cõmunẽ the ologorũ sententiam q; essentiale p̃miũ nõ inde minuitur si actio meruit qualecunq; tale premiũ quod vocamus accidentale. ¶ Est aũt tale illud premiũ qđ nõ habz ꝓ obiecto visionem dei claram cũ fruitiõe cõ sequente eã. qm̃ essentialis beatitudo/ in du obus his actibus/ ab ecclesia ponit̃ integra ri. Confestim ex hoc infertur q; oratio si ꝓ quantũ multis fiat. si ꝓ alijs q̃ se. si deniq; ꝓ inimicis/ ipsa tamẽ equali charitate pre mium essentiale semp equale meret̃. Sec⁹ đ premio accidentali. eo q; ꝓ varietate peti tionum/ ⁊ meritũ variat̃. Unde plus de ta li premio ceteris parib⁹ meret̃ aliqs ꝓ vno q̃ ꝓ multis ⁊ ꝓ se q̃ ꝓ alijs/ ⁊ ꝓ bonis q̃ ꝓ malis. ⁊ pro amicis q̃ inimicis. Exẽplũ de rege. qui ad meritũ solũ orantis respici ens. liberat citius vnũ captiuũ q̃ multos: et seipm̃ orantem q̃ alios. ⁊ amicũ orantis citius exaudiet q̃ inimicũ

Postremo si consideret̃ oratio fieri p modũ tertiũ. satisfactorie. s. recõ pensationis erit necessaria multipli cior distinctõ. qm̃ de illa similiter est inqui sitio difficilior. Sepatis igitur duobus re spectibus primis ab ipsa oratione/ dum in nititur vel soli diuine liberalitati. vel soli

meritorie ⁊ charitatiue actioni. Inuenim⁹ primo gratias gratis datas quibus innititur oratio sicut sunt fides et spes. etiam informes. Inuenimus scdo opm penalitatē sicut in ieiunio sumpto generaliter ꝓ omni corpis afflictiōe. Tertio inuenim⁹ operum fructuositatē in alios sicut est elemosyna sumpta generaliter pro omni ope misericordie spirituali vel corporali. Inuenimus quarto operū dignitatē sicut est oratō sumpta generaliter pro omni eleuatiōe mētis in deū ꝑ pium et humilē affectum. Quinto inuenimus opa priuilegiata in quibus est valor virtute operis operati sicut in sacmentorum ministratione vel susceptiōe. q̄ virtutem habēt ab institutiōe ⁊ merito cristi. etiam vbi nullū adesset meritū vel dignitas ministri. Inuenimus sexto opa. aliter ⁊ aliunde priuilegiata. sicut sunt indulgētie sicut sunt benedictiones ꝑ ecclesiam ordiatē/sicut orationes vice sua facte. Sic demū orationes per alios in gratia stantes fieri commisse.

Ponamus igit̄ aliqua conformiter ad hanc sextuplicem distinctionem. ¶ Et primo ꝙ ceteris paribus (sic semꝑ sunt sequentia intelligenda) Pecunio facta tanq̄ satisfactoria recompensatio. numq̄ ita valet ꝓ multis sicut ꝓ vno Iustis em̄/fit iusticia quedē cōmutatiua tāq̄ pcij ad pciū vt si duo sint in carcere quilibet ꝓ decem solidis/ expedit̄ vnus citius dū pbent̄ decē solidi ꝓ se vno/q̄ si ꝓ duobus tantūmodo donarent̄

Amplius satisfactoria recompensatio pro delictis quāto penalior ⁊ acerbior est tanto ceteris paribus fit acceptior ⁊ eo magis quo fuerit in eadē pl⁹ de voluntario rationis. Est em̄ satisfactio redditio voluntaria alicuius alias debiti; Idcirco ponimus largo nomine/triplicē in homine voluntatem. Unā sensualitatis Alterā rationis inferioris. Tertiam rationis superioris. Obuiat autem pena/voluntati sensualitatis. Alioquin iam nō eēt penalitas. voluntas vero ratiōis/acceptat eā qn̄q; priuatiue. quod fit dū nō remurmurat aduersus ipā; sed tolerat eā sicut ī purgatorio. Quādoq; vero vult positiue. qd̄ fit dum ratio letanter eam acceptat. ita vt no lit etiā; si possit ea carere. sicut (vbi causa) viatores sponte penitentes in ieiunio sacco et cinere. sicut egritudine corpali. sicut iniuriarū voluntaria ⁊ discreta ꝑpessione. sicut deniq; in temptationū spiritualiū pluꝗ; dici pōt inquietudine. Habet itaq; (sicut ꝑclare quidā ait) ipā tribulatio vocē orationis. vt lazarus tot linguas habuit: q̄t vulnera tolerauit ⁊c.

Dicamus cōsequenter iuxta priorē distinctionē ꝙ opa que sunt alijs vtilia sicut elemosyna tam spiritualis q̄ corpalis/satisfaciūt varie/iuxta fructuum varietatem qui diriuant̄ in alios/ ꝓ diuersitate illos recipientiū Que vero sint et quot opa misericordie. satis vulgatū est Attendit̄ hic obligatio qua constringit̄ ille cui fit elemosyna. vicissitudinē. s. reddere vt vel orando vel ieiunando vel aliqd̄ tale faciendo.

Porro si consideret̄ satisfactio que fit ꝑ orationem/secluso respectu ad charitatem/illa frequenter habet sine forti meditatione vel vehementi/iunctā cum ea penitentiā; idcirco habet vim satisfactiōis tamen differenter iuxta sui cōtinuationem maiorem que fit simpliciter/aut actualiter aut virtualiter aut solū habitualit̄. Exemplū damus in simili. q; nō omnia possum⁹ sub hac breuitate/plena rōne discutere. Ecce pegrinator aliquis ad sanctū Iacobū; hic ambulat nōnunq̄ ⁊ mouet̄ cū actuali recogitatione sua sue pegrinationis/ambulat aliquando sed de peregrinatione sua nihil recogitat actu. continuat tamen motū in virtute deliberationis prime qua constituat peregrinari. Ceterum desinit a motu quandoq; retinens actualem voluntatem sue peregrinationis quandoq; sicut in somno nihil actu considerat. In primo casu ē pegrinationis cōtinuatio duplici cōtinuitate actualiter/nature scilicet ⁊ moris. In secundo est continuatio peregrinatiōis nature ⁊ cōtinuatē moris/licet non actualiter sed virtualiter quoniam in virtute voluntatis prime continuat motum. sicut in motu lapidis post elapsum a manu proijcientis/videre est. In vltimo casu reperit̄ discōtinuatō naturāl' eo ꝙ motus cessat remanet tamen continuatio moris. quoniā non

eſt oppoſita volūtas oppoſita que nolit cō tinuare peregrinatiōem, ſed in habitu ſemper manet. Unde cum illa dicantur conti nua ſm Ariſto. quorum vltima ſunt vnū manet aſſidue continuatio moralis quantumcunq; fiat diſcontinuatio in ipſo actu naturali/dum non interrumpitur p oppoſitam intentionem prime et principali intē tioni/licet ipſa nec actualiter in animo pere grinantis remeat. Concludimus ex his veriſſimū ſententie domini et ſaluatoris intel lectum. Oportet ſemper orare et non deficere. Nunꝗ ei deficit orō que cepta eſt fieri p actualem attentionē quin continuetur in eſſe moris ſiue gratie dum non interponitur ſicut nec interponi deb3/diſcontinuitas oppoſite intentionis vel culpe mortal. Sic intelligit preterea illud apoſtoli. Omnia in gloriā dei facite. Actu videlicet aut habitu. Sic verſus illud magiſtrale. Qui bene viuit ſemper orat. Hoc eſt qui apponit in oratione ſua peccatum mortale. Illa ſemper eſt continua: vel actu vel habitu vl virtute.

Si loquimur ꝓinde de operibus priuilegiatis/itelligere facile eſt ex doctorum traditionibus ꝗtū vl quemadmodū illa de ſe valeant ad ſatiſfactionē. Credendum eſt plane ꝙ eucharıſtie ſacramentum continet in ſe plenitudinē omnis gratie et meriti ſpiritualis nihilominus quo ad ſatiſfactionem ꝓ reatibus culparū conſtituit hoc ſacramentū deus in numero pō dere et menſura. ita vt ſit valoris finiti. finitū vero in plures ptes diuiſum reſultat/minus ꝓ multis ꝙ ſi conferret in vnū. exē plum iam datum eſt

Sic de indulgentijs ꝓut ſunt ſatiſfactorie. Sic de alijs iudicandū cē ſemus ſemp pſuppoſita circumſtātiarum aliaꝝ paritate Sic in ſacro pnie datur grā, et diminuit. vel omnis tollit pena virtute ſacerdotalis abſolutiōis/ſi nō affuerit obex vel fictio. Inſup tradit ſctūs thomas ꝙ eſt efficax ita ſacramentū pnie in ficte accedente/ꝙ recedente fictione abſolutō ſacramentalis ſortit effectū ſuū. ita vt non oporteat iterū peccata confeſſa iterare vl repetere. ꝓportionabilit ad dicta doctorū de illo qui baptizatur dum manet in actuali voluntate peccandi. qua ceſſante/recipit baptiſmus effectum. Hec opinio et ſi non tenetur communiter a doctoribus et eget reſolutione maiori/fauet nihilominus pluſrimum fragilitati noſtre et diuine pietati/ eo ꝙ vix ſine fictionis alicuius admixtione/confitemur.

initiū cuiuſlibꝫ clauſule p̄mittit̄ de Ab
ſtractiōe volens feruenter meditari. debꝫ ſe
abſtrahere ab appetitu honoꝝ ⁊ cōcupiſcē
tiarū et diuitiaꝝ. q2 hec fantaſmata diſtra-
hant meditantē. ¶ Bona vita debet enim
fructuoſe viuere. q2 in maliuolā aīam non
introibit ſpūs ſapie. nec ſpūs meditationiſ
Cōſtanti fiducia ad dilectū. et nō faciliter
deſiſtat ab amore dilecti ꝓpter incurſus tē-
ptationū. Nitit̄ em̄ dyabolus īpedire me
ditātē p diuerſa. Tu aūt dic. Ego ↄfido in
eū q̄ ait Fili p̄para cor tuū mihi. qui ñ vult
mortē pctōꝝ. q̄ pctōres vult ſaluos facere.
Nihil ḡ duꝝ vl' turbulētū ď dilecto medi-
tare ſꝫ dic illud Iob. Etiā ſi occiderit mē
ſpabo i eū. Diſpoſitōe corpali. Cū ſolus es
poteris vti diuerſ cerimonijs in diſpoſitō
nē mēbroꝝ. nūc eleuādo manꝰ vt aarō. nūc
genua flectēdo vt ſalomō. nūc ꝓſternē vt
xp̄s in mōte oliueti. nūc ſedē vt maria ma-
gdalena ad pedes dñi nr̄i ihu xp̄i. nūc bra
chia in modū crucis extendē vt xp̄s in cru
ce. nūc oculos in terrā deflectere vt publica
nus. nūc in altū leuare vt aplī i aſcēſiōe dñi.
⁊ ſic poterit illa diuerſitas exterior diuerſi-
ficare affectus iteriores. in q̄tū tñ nō ſis ſin
gularis ſꝫ inclina cū inclinantibꝰ. exhiben
do reuerētiā filialē dño vt pr̄i. flecte cū flec
tentibꝰ exhibēdo reuerētiā quā exhiberꝫ ſer
uus dño ꝓſternē cū ſternentibꝰ recognoſcē
do in hoc tuū iudicē et te reuꝫ ⁊ impuluе-
rē redigēdū. Itē valet ď cōgruo tp̄s noctē-
nū. ⁊ locis ſolitudis. In his tñ q̄libꝫ abū-
dat i ſenſu ſuo. Exercitatiōe diuerſoꝝ. ⁊ di
uerſifices actꝰ tuos. iuxͣ illď. Nūc lege nūc
ora nē cū feruore labora. Sic erit hora bre
uis ⁊ labor ille leuis. Si em̄ velles cōtinue
vni actui inſiſtē minꝰ ꝓficeres et cito te de
ſtrueres. Fine meditatōis. Finis meditatō
nis nō ꝓpter cōmodū tuū. nō ꝓpter euadē
penas aut ſpe lucri aut p̄mij celeſtis aut ꝓ
pter dulcedinē meditationis. q2 ille eſſet a
mor mercennarius. ſꝫ meditare puro filia-
li amore. vt cor tuū p̄pares habitaculū ď o
vt des locū gr̄e vt facias bñplacitū eiꝰ. cuiꝰ
delitie ſunt eē cū filijſ hoīm qui delectatur
in ſalute nr̄a Itē q2 ad hūc finē creata ē aīa
rōnalis vt creatori ſuo dulciſſimo. cordialr
et amoroſe vniat̄. h in via p meditatōꝫ ⁊ in
futuro p ppetuā fruitionē. ⁊ breuit̄ dēs in
hoc q̄rere gloriā dei. poſtea honorē ſctō vni
litatē eccl'e. ſalutē tuā. ordinādo tñ oīa i glo
riā ďi iuxͣ illud apl'i. Siue come. ſiue biba:
Gratitudīe gr̄e. ſi aliqď bonū in te ſentis:
gr̄as age. noli ſupbire. nō eſt volentis neqꝫ
currētis. ſꝫ miſerētis dei noli p̄ſumē. gr̄a eī
meditatōis dat̄ bonis ⁊ mal'. Habūdātia
pūctoꝝ. debes em̄ ꝫm intentionē cācellarij
pariſieñ. diuerſa hr̄e pūcta p q̄ te amoroſe
inflāmare poſſis cū incipis. de hoc vide ſu
perius. Intimitate. debes in te cōcipe ſem-
per quocūqꝫ vadis. quaſi p̄ oculis tuis ha
beres delictū tuū. nūc crucifixū. nūc fugiē-
tē i egyptū ⁊c. ⁊ intimis iubilatōibꝰ ad euꝫ

ab intra laudans. dulciter ꝛ affabiliter loq
necessitates ꝓponere auxilia petere. ¶ Cha
ritatis accensione. qualē tibi vis esse deū. si
benignū talē te exhibe ꝓximo tuo. nullum
contēne. sic eris amicus dei. Ille eñ nulli
horruit nullū contēpsit. sed amicoꝝ idē est
velle et nolle. vel si qꝛ faciliter infrigidamur
indigemus accēsiōe charitatis. feruore ꝑ
gemitū orōnis. Igne pacis xp̄i ꝑ cōpassio
nē xp̄i. ꝛ ꝑ desideria adherendi vt ē. Quā
do te diligā ꝛc̄. ¶ Labore oportet te appone
re laborē. Et merito. omnibus in factis gra
uis ē inceptio prima. postea tñ alleuiat onꝰ
Vides q̄tos labores sustinent agricole ꝓ
fructu terre. mercatores ꝑtranseunt mare.
multis se ingerunt ꝑiculis. milites vulne
ra belli sustinent ꝓ trāsitorijs. et tu sine la
bore esse non debes. Moderatōe opꝫ per
discretionē. Ne qd nimis. ne nimis volēs
eradere vas ip̄m frangat. Tene mediū. nō
sis nimis remissus nec nimis inquietꝰ. ver
sus. Omnibus adde modū: modus est pulcer
rima virtus. ¶ Naturali cōmixtiōe. Attē
de quid nature tue cōgruat. Quibusdā ei
ꝓdest multū insistere orōni: quibusdā me
ditari. Alij facilius trahunt iudicio rōnis
alij cōpassione alij bñficioꝝ consideratiōe
Alij sūt vtiliores ad vitā actiuā. alij ad cō
tēplatiuā. Sic de cibo et potu: debes natu
rā tue cōplexiōis attendē. ꝛ de vtroqꝫ mo
derate sumē. vni eī est mediū qd̄ alteri nō
sufficit. sꝫ attēde. ne cor ḡuet crapula. Or
dine: vt incipias a via purgatiua. vt prius
abluaris et munderis añq̄ ꝑ viā vnitiuā
te dilecto cōiungas. Nō eñ decet lutosum
et sordidū anteq̄ lotus sit ad osculū regis
ꝓrumpe. Nō eas p̄mo in tecto añq̄ discas
ire in terra. Promptitudine. vt in vita tua
habeas refectōꝫ i somno ꝛc̄. vt sꝑ ꝓmptus
sis ad eleuādū cor tuū. et verificet in te il
lud. Sursum corda hēmꝰ ad dñm. vt ꝓm
pte dicere possis. Deus d̄s me. ad te d̄ lu. vi
gilo. Sis igit̄ discretus vigilādo ꝛ ꝓmptꝰ
ꝛ sꝑ bone volūtatis. Quiete: vt quicq̄d di
stractiōꝫ tibi ingerit. fugias i pace i idip̄sū
requiescens. nisi ex officio aut obedientia aut
obligatione. tenearis insistere occupationi.
Fuge tñ iudicia et suspitiones. qꝛ multum
inquietant cor. Et si erūpunt cogitatiōes su
spicandi. relinque eas nō determinādo sen
tentiam sed dic. Qui nos iudicat / dñs est.
Dubia interp̄tare in meliorē ꝑtē. ꝛ si alit̄ ce
ciderit. cōpatere ei ꝛ dic. Si hec temptatio
me inuenisset forte ꝓfundiꝰ me deiecisset.
¶ Recollectione. sepe te recollige ab ymis
ad summa. a t̄palibus ad eterna. ab exterio
ribus ad intima. a vanis ad duratura. No
li videē vanitates. noli audire fabulas. dic
Vidi cuncta q̄ erant sub sole. ꝛ ecce vniuer
sa vanitas. solus dilectus meus bonus solꝰ
amabilis candidus ꝛ rubicūdus mihi suf
ficientissimꝰ. Sic eñ facit puer qui ñ vult
aliquid reputari aut melior esse patre suo.
¶ Seruitio sctōꝝ. habeas aliq̄s sp̄ales san
ctos quibus quotidiana impendas ẜuitia
ꝛ sꝑ assistent in conspectu dei ꝓ te interceden
do. vt beatam virginē. angelū tuū. aposto
lū. martyrem. virginem aut confessorē aut
plures que orent ꝓ te. ¶ Totali subiectiōe
vt totum te subijcias volūtati dei vt dicas
ei. Pie iesu sicut tu scis ꝛ vis. ita mecuꝫ age
Et si gratiā meditationis tibi dederit. cuꝫ
amore suscipe. si non dederit: cū patientia
sustine. Quicquid tecuꝫ egerit sis contentꝰ
sine murmuratione. ita esto quasi vnus spi
ritus cum eo vt nihil te putes scire nisi Je
sum xp̄m et hunc crucifixum. ¶ Vlteriori
tendentia ꝓ quiete contemplationis. Si
eñ religiosus es. vt dicit cancellarius pari
siensis teneris tendere ad quietem cōtēpla
tionis. etiam si vix in fine vite tue comp̄hē
deres. quia hoc exigit status tuus. Ad mi
litem spectat miseros defendere. ad rusticū
laborare. ad religiosum contemplatiōi in
sistere ꝛc̄. Vñ dicit Bonauentu. vbi dimit
tis vna die ibi altera incipe. vt facias sicut
volens ascendere montem altū cum quies
cere vult non semꝑ reuertit̄ ad pristinū lo
cum sed in eodeꝫ loco sedet ꝛ quiescit. ꝛ ibi
dem incipit post quietem. Nos aūt ideo ñ
ꝓficimus in contemplatione. quia qd̄ ho
die cū difficultate ꝛ gratia dei acquirimus
cras ingerendo nos leuitatibus aut fabul.
aut voluptatibus perdimus et sic de ascen
su montis ad vallem ꝓlabimur. et nō cō
tinuamus. ¶ Christo vt nihil p̄ponas ei.
ip̄m deprecans vt sit adiutor tuus protec
tor director et finis. Amen

¶ Explicit tractatus d̄ eleuatione mentis
in deū. q̄ ꝛ alphabetū diui amoris īscribit̄.

Incipit doctrinalis

expoſitio magr̄i Johis Gerſon cancellarij pariſien̄. ſup̱ ſeptē pſalmos penitentiales.

Era pn̄ia. ¶ Prefatō. L veluti ſcala q̄dā eſt qua hō pctōꝛ q̄ ſm euāgelicā ꝑabolā deſcendit de hierl'm ī hiericho. rurſum in hierlm h⁹ eſt ad pacis viſionē aſcēdit ¶ Hui⁹ v̄o ſcale ſeptē ſunt gradus. q̄bus corn̄dēt pſalmi ſeptē q̄ dicūtur pn̄iales. ¶ Primus itaq̧ gradus eſt timoꝛ pene a q̄ prim⁹ pſalm⁹ incipit. Dn̄e ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̧ ī ira tua coꝛ. me. ¶ Scd̄s eſt doloꝛ culpe. Hinc eſt q̄ ī ſecūdo pſal. optando dicit. Beati q̄ꝝ remiſ. ſunt iniq̄tates: ⁊ quorū tecta ſunt pctā. Et hūc pctōꝝ ꝯfeſſio ipoꝛūq̧ remiſſio ſeq̄t̄. Delictū meū inq̄t cognitū tibi feci ⁊ iniuſticiā meā a te nō abſcondi. Et iteꝝ. Dixi cōfiteboꝛ aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o ⁊ tu remiſiſti impietatē pcti. ¶ Tertius gradus eſt ſpes venie. hanc timoꝛ p̄cedit. q̄ rurſus in tertio pſalmo clamat. Dn̄e ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̧ in ira tua coꝛripias me. Et hūc doloꝛ comitat̄. Afflict⁹ ſū ⁊ humiliatus ſum nimis: rugiebā a gemitu coꝛdis mei. Poſt hec v̄o ſeq̄t̄ ſpes. Qm̄ i te dn̄e ſꝑaui: tu exaudies me dn̄e deus me⁹ ¶ Quart⁹ eſt amoꝛ mūdicie. hāc nō hoīs iuſticia/ſʒ dei mīa efficit. Un̄ quartus pſal: ait. Miſerere mei d̄s: ſm magnā miām tuā Ac deinde ſubdit. Ampli⁹ laua me ab iniq̄tate mea. Et iterū. Coꝛ mūdū crea ī me d̄s. ¶ Quint⁹ gradus eſt deſideriū celeſtis patrie. ꝓ quo oꝛat q̄ntus pſal. Dn̄e exaudi oꝛationē meā. Precedit aūt cōtemptus preſenti vita. q꜡ defecerūt inq̄t ſicut fumus dies mei. Et iteꝝ. Dies mei ſicut vmbꝛa d̄clinauerunt: et ego ſicut fenū arui. Et hūc comitatur ꝯſideratio eternitatis diuīe. Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes ⁊c̄. Et ruꝛſ⁹. Tu aūt idē ip̄e es: ⁊ anni tui nō deficient. ⁊ ex his cōſequit̄ deſideriū habitatiōis ſupne. de qua cōcludēdo ait. Filij ſeruoꝝ tuoꝛuʒ habitabūt: ⁊ ſemen eoꝝ in ſeculū dirigetur ¶ Sext⁹ ḡdus eſt diffidētia v̄tutis ꝓꝑie. ⁊ hāc iuuat cōfidentia diuīe miſ'cdie. ꝓ q̄ ſextus pſal. ſuſpirat dicēs. De ꝓfundis clamaui ad te dn̄e ⁊c̄. Et merito. q꜡ ad celeſtē patriā ꝑuenire ꝓꝑa virtute diffido. Nā. Si iniquitates obſeruaueris dn̄e: dn̄e q̄s ſuſti. Sed d̄ copioſitate tue mie cōfido. Q꜡ apd̄ dn̄m mīa ⁊ copioſa apud eū redemptio. ¶ Septim⁹ gradus eſt exultatio ſpūal'leticie. Hāc aſſidua oꝛ̄o efficit. ideo ſeptimus pſal. incipit. Dn̄e exaudi oꝛonē meā aurib⁹ ꝑcipe obſecrationē meā Per hāc ex diuioꝝ oꝑm cōſiderationē hō in dei cōtēplationē aſcendit. Meditatus ſū inq̄t in oībus opibus tuis. ⁊ ī factꝭ manuū tuaꝝ meditabor Un̄ tandē exultando ꝯcludit. Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā. Nos ḡ ſi in hāc terrā celeſtis hierl'm deduci cupim⁹/ his ſepteʒ pn̄ie gradibus aſcendē. et in his pſalmis aſſidua deuotione meditari debemus exēplo btiſſimi auguſtini de q̄ legit̄ q̄ vltima qua defūctus eſt infirmitate hmōi pſalmos d̄ pn̄ia quos ſibi iuſſerat ſcribi iacens in lecto ꝯ̄ parietem poſitus intuebat̄ ⁊ legebat ⁊ vbertim ac iugit' flebat. Jō ex huius ſcti doctoꝛis alioꝛūq̧ ſentētijs ſup̱ pſalmis penitentialibus quaſdā oꝛ̄oes ſeu meditatiōes deuotas cōponere dignū duxi. q̄bus ad pn̄iam ꝓuocari ⁊ ꝑ pn̄iam ī dei cōtēplationem humanus animus valeat ꝓmoueri. Jllud tn̄ ī exoꝛdio p̄mittēdū ē. q̄ lʒ ſeptē affectus quos ſeptē gradibus ſcale penitentie appꝛopꝛiamus dictis ſeptē pſal. apte decenterq̧ vt on̄ſum eſt ꝯueniāt. Tn̄ ſicut dicit Hugo in libello d̄ oꝛ̄one ſciēdū eſt hanc ꝓꝑietatē in omnibus pſalmis nō eſſe. vt ꝑ totā ſeriem vnus affectus extendatur. ſed ſepe ex alio affectu tranſit̄ in alium. ſicut ex affectu timoꝛis in affectū amoꝛꝭ. vl' in ſpei affectū vel ꝯſolationis. ſm q̄ mens oꝛātis diuerſis modis affici ſolet. Hoc autē qualiter per ſingulos pſalmos cognoſcatur. licet nō ſit huius opis explanare. tamē q̄tum ad ꝓpoſitum ꝑtinet ſatis ex ſequentibus apparebit.

Meditatō deuota ſuper primo pſalmo penitētiali.

Omine ihu xp̄e. future iudex ſeculi. qui bonos in celeſte regnuʒ tuū. malos v̄o in ignē eternū es miſſur⁹. Dū ego reus ⁊ īdignus pctōꝛ. hoꝛ roꝛē futuri iudicij tui ꝯſidero. timēs ac tre

meis ad te clamare cōpellor ⁊ dicere[Dñe ne in furore tuo arguas me:neq3 in ira tua corripias me]Sed ve mihi quo immensā dementiam tuā ad furorem quō infinitā misericordiam tuā ad irā prouocare merui. Merui itaq3 et hoc spōte cōfiteor alioquin coactus fatebor. Scio tñ dñe te docente. qr tu sp idē es/ideo tu in varios affectus nō mutabilis es. De te quoq3 scriptū est. Tu autē dñe virtutū cū tranquillitate iudicas. Furis ergo sp tranquillus. irasceris sp placat9 Nō est furor tuus/nō est ira tua in te et in tuo affectu sed extra te est ⁊ in effectu tuo. Furor tuus/pena est iferni. Ira tua purgatorij pena In inferno quasi furendo arguis. In purgatorio quasi irascēdo corripis In illo p iusticiā arguis insolubilit̄/in isto p miscordiaz corripis salubrit̄. ⁊ tñ ab vtroq3 opto eripi/ab vtroq3 desidero ⁊ peto liberari dic. Dñe ne in furore tuo arguas me ⁊c. Sed quo pacto qua fronte/qua hoc presumo audatia:nō vtiq3 de mea iusticia. s3 de tua miscdia. Ideo[Miserē mei dñe]quare:[qm̄ infirmus sū]Nō mee virtutis firmitatem. sed mee vanitatis allego infirmitatez. Ego ifirmus/tu medicus. g[sana me dñe] Hic adhibe q̄ tu vis medicamenta. Hic vre. hic seca/tu tm̄ a furore tuo et ira. hoc est a future vite pena me libera. Nec a te o pie medice frustra peto vt sanes me[q̄niā ɔturbata sūt oīa ossa mea](ossa loquor nō corporis sed anime) Ossa anime mee. vires sunt anime mee qr sicut in ossibus corporis/sic in viribus anie cōsistit fortitudo. Vires anime mee memoria intelligentia ⁊ voluntas. In quibus dū sane sunt/ scē trinitatis vera imago est ⁊ similitudo. S3 heu me qm̄ p pctm̄ infirme facte sūt iō ɔturbate. hoc est intra se. ⁊ ɔ̄ se inuicem cōturbate sunt. Et ideo[aīma mea turbata est valdē] Quia ergo nō modicū/sed valde cōturbata est anima mea/ qr valde infirmata est omnis fortitudo sua. Dū tibi morbū meuz detego dū medico egritudinis magnitudinē ondo. oro vt sanes[sed tu dñe vsq3q̄]. Vsq3quo domine sanitatez differs: Non est dilatio ista crudelitas tua. sed ideo differs. vt dum diu luctari pmittis cu3 vitijs ex hoc persuadeas anie mee. in que mala se ɔ̄cipitauit. ⁊ vt inde cautior sit. Nā ex difficultate ⁊ dilatione sanationis fit diligentior custodia recepte sanitatis. Vel idō mihi pfectam differs curationem:qr imperfectam tibi offero orationem. Nam hic nondum tam pfecte oro. vt audire merear. adhuc te loquente dicā. Ecce assum. Quare hoc: Quia non satis pfecte animam meam conuerto ad te. sed nec hoc possum. nisi tu suppleas impfectū meum Ideo[Cōuerte te dñe ⁊ eripe animā meā]hoc est fac me ad te pfecte cōuerti. Dur3 em̄ ⁊ laboriosum est mihi ad serenitatem et trāquillitatem diuine lucis a terrenar3 cupiditatū caligine retorqueri. Eripe ergo animā meā a peccatis sc3 ligatā ⁊ in sua conuersiōe hostibus multis impeditā ⁊ oppressam tanq̄ inherentes cplexitatib9 huius seculi. ⁊ spinas quasdā dilacerantiū desiderior3 in ipa cōuersione patientem. Ab his q3 malis eripiens[saluum me fac ppter miscdiam tuā]nō ppter iusticiā meā. qr peccatis et dementiis meis iusta debet̄ damnatio. sed ppter miscdiam tuā. p quā cōuersis ad te/pia pmitti salutatio te dicente. Cōuertimini ad me ⁊ ego conuertar ad vos. Tu ergo q aversus eras ⁊ quem mihi auersum mea fecerat auersio ɔuertere ad me. qui ad te ɔuersus sum ⁊ si par3 cōuersus. Fac me ɔuerti pfectius. ⁊ sic Cōuertē dñe a vindicta tua. ⁊ eripe aniam meā. non solū a pñti malitia/sed saluū me fac etiā a future mortis miseria[Qm̄ nō est in morte qui memor sit tui/in inferno autē quis cōfitebit̄ tibi]O pijssime dñe nō immerito hic festino mihi peccata dimitti/q̄niā post mortem vel in inferno nō erit memoria tui aut ɔfessio peccati que. s. vtilis sit aduenia/qr nūc est tps cōuersionis/ sed cū hec vita transierit tps erit retributiōis Vt ergo ab illa eterna morte. vt ab illa infernī damnatiōe. p pniam liberer[Laboraui in gemitu meo lauabo p singulas noctes lectum meū:lacrimis meis stratum meum rigabo]O felix dauid qui has penitētie erūnas p tot noctes viliter sustinuit. Ve mihi misero qui has vna vix hora sustinē valeo/aut nō volo/⁊ si qūq3 velle mihi adiacet qr tm̄ iperfecte volo/perficere non inuenio. Tu ergo domine da mihi velle. da mihi pficere/da mihi laborare non solu3 ingemitu cordis:sed lauare lectu3 meū lachrymis

corꝑis/nec lauare solūꝫ exterius seu suꝑfi-
cietenus/sed etiā rigari intrinsecus/vt fle-
tus meus nō solū ad exteriora corꝑis/sed vſ
ꝗꝫ ad cordis intima ꝑueniat ibiqꝫ ꝑmaneat
Nec solū dn̄e peto lauari aut lacrymis ri-
gari lectū vel stratū meū corꝑale. sed etiaꝫ
spirituale.s.interioris ꝯſcie ⁊ hoc ꝑ singlās
noctes.i.ꝑ singula pctā ex ea orientia. Ori
untur qppe mihi alternatim dies ac noctes
Noctes patior/cū carne ſuio legi pctī. Di-
es sentio/cū mente seruio legi dei. O vtinā
fugatis noctibus peccatoruꝫ et abiectis te-
nebris vitiorum. oriant̄ mihi et illucescāt
clarius dies virtutū ⁊ lumina gratiarum.
Sed heu me miserum [Quia turbatus est
a furore oculus meus] Heu heu ⁊ iterum
heu/qꝛ oculus mentis mee vix potest ad or
tū diei et spiritualis luminis consurgere ⁊
hoc qꝛ turbatus est a furore. Nec solum a
furore tuo diuino tamen futuro/quem ti-
meo.ꝙ̄ ꝑsenti/quē sentio. sed etiam a furo-
re meo ꝓꝓo/quē gemo. hoc est a furiosa cō
cupiscentia mea/a primo parente transfu-
sa.ꝑ quā ꝙ̄diu sum in hac miserabili vita/
licet non totaliter extinctus.tñ multiplici-
ter turbatus est oculus. Et merito quia [in
ueteraui inter om̄s inimicos meos] scꝫ in-
ter omnia vitia mea ⁊ pctā mea.q̄ vere ini
mici mei sunt dū me ab amore diuino sepa
rant ⁊ auertunt. Inter que inueteraui/dū
ꝑ inueteratā ꝯsuetudinē/me eis subiectum
esse consensi. Sed tu dn̄e pijssime post labo
rem ⁊ gemitū/post imbres creberrimos la-
chrimaꝝ.da mihi ꝯsolationis tue auxiliuꝫ
vt dicere valeam [Discedite a me omnes q̄
oꝑamini iniquitatē.qm̄ exaudiuit dn̄s vo
cē fletus mei]. Da mihi oꝑtare ab oꝑarijs
iniquitatis seꝑari.nō solū loco sed animo
in q̄ꝝ peccaui cōsortio. vt sic ⁊ tua i me cor-
reptio ⁊ mea in te ꝯsolatio innotescat vt sic
spūs meus sentiat qm̄ vocē fletus mei exau
disti. Da mihi dn̄e vt iterū atqꝫ iteruꝫ exul
tans dicam [Exaudiuit dn̄s deꝑcatōnem
meā/dn̄s orationē meā suscepit] Deꝑcatio
nē meā ꝓ pctis deponendis et orationē me
am ꝓ virtutibus adipiscēdis. Sed nō so-
lū dn̄e da mihi exaudiri ꝓ me.nō solū ꝓ
mea/sed etiam ꝓ meoꝝ ꝓximoruꝫ salute.
Nec solū ꝓ amicoꝝ meoꝝ/ſꝫ etiā ꝓ inimi-
corum cōuersione. vt exēplo viri ꝑfecti di-
cam cum sermo tuo dauid [Erubescant et
cōturbēt̄ vehement̄ oēs inimici mei] Eru
bescant/exemplo meo de actibus suis mal'
⁊ conturbent̄ terrore iudicij ad pniāꝫ.nō
leuiter. sed vehementer. cū gemitu forti. vt
sic [Cōuertant̄ ⁊ erubescant valde veloci-
ter] nec conuersio sua ⁊ erubescentia peni-
tentie sue differat̄ damnabilit̄.qꝛ nisi in ꝑ
senti vita sic cōuertant̄ ⁊ erubescant ſꝫ poti
us (vt ab iniquis fieri solet) penitentes ir-
rideant ⁊ suis irrisionibus infirmos erube
scere faciant. tandē in finali iudicio erube-
scent ⁊ erubescentes dicent. Hi sunt q̄s ali
qn̄ habuimus in derisuꝫ. Nos insensati vi
tam illoꝝ estimabamus insaniam. Ecce q̄
modo cōputati sunt inter filios dei ⁊ inter
sctōs sors illoꝝ est. Quid nobis ꝓfuit suꝑ-
bia aut quid diuitiaꝝ iactantia cōtulit no
bis? Tūc ergo cōuertent̄ ⁊ erubescent. sed
erit hec cōuersio ⁊ erubescētia ad damnabi
lē confusionē qꝛ habere noluerunt pniāꝫ sa
lutarē. Et hec oīa fiēt valde velociter. quia
quando minus de iudicio sperauerint ⁊ di
xerint pax et securitas. tunc repentinꝰ suꝑ
ueniet interitus.

Meditatō deuota su-
per secundo psalmo penitentiali. s. Be-
ati quorum.

Domine iesu xp̄e qui culpa offē
deris ⁊ pn̄ia placaris. Tu ma-
gister optime q̄ interius docēs
illuminatores cordiū da mihi
intellectum. da excecato cordi meo et tene-
broso intellectui meo/lumen tuū. quo cul
pabilem offensam plene et ꝑfecte valeā co-
gnoscere. Da mihi culpam meā offensamqꝫ
tuā taliter cognoscēdo dolere vt eā digner̄
misericorditer ignoscēdo delē. Da mihi ḡ
vt de illoꝝ sim numero de q̄bus ꝑ ꝓphetaꝫ
tuū dicit̄ [Beati quoꝝ remisse sunt iniqui
tates/⁊ quoꝝ tecta sunt pctā] O me beatuꝫ
si a te dn̄e remisse sint iniq̄tates mee/ita vt
mihi dones indulgentiā ex gratia tua cui
debes vindictam ex culpa mea. vt mihi do
nes indebitam gratiā. cui iuste reddere po
teras debitam penā. O igitur me beatū si te
cta sint peccata mea Quomodo tecta? Nō
ita tanq̄ in me sint vt viuant. non ita tan-
q̄ in me abscondita maneant/sed ita dele-

ta/ vt tu deus ea nō videas. id eſt. non eter
naliter punias. Te em̄ peccata videre. qd
aliud eſt/ q̄ peccata punire? Sicut ſcriptū
eſt. Auerte faciē tuā a peccatis meis Tu er
go ea peccata nō vides/ ſed ab eis faciē auer
tis/ que nō aīaduertis. id eſt. que non pu-
nis. Tu ea nō agnoſcis quibus ignoſcis.
Tu ea tegis ꝑ grāꝫ/ que nō imputas ad pe
nam. Ideo recte ſubdit̄ ⌊ Beatus vir cui
nō imputauit dn̄s peccatuꝫ ⌋ Sed cui non
imputat? Certe ei nō imputat ſꝫ ignoſcit.
qui peccatū ſuū agnoſcit. ⁊ agnitū non de-
fendit. ſed ꝯfitendo corrigit. nec meritū ſu
um ſibi. ſed grē dei attribuit. de quo dicit̄
⌊ nec eſt in ſpiritu eius dolus ⌋ ſed nec ī ore
eius. q2 ſe accuſat cū ſit peccator. ⁊ corde te
net qꝺ ore fatet̄. Dolus eni eſt/ ſi quis pec-
cator iuſtū ſe ꝑdicet qui v̄o ſe accuſat dolo
caret. Talis erat publican9 ille humilis q̄
dicebat. Propicius eſto deus mihi pecca-
tori. Vn̄ ſequit̄ ⌊ Qm̄ tacui inueterauerūt
oſſa mea: duꝫ clamarē tota die ⌋ Qm̄ tacui
qꝺ nō erat tacendū. ſcꝫ ꝯfeſſionē peccatoꝝ.
Inueterauerūt oſſa mea. id eſt. defecit inte
rior fortitudo mea. dū clamarē tota die di
cendo qꝺ nō erat dicendū. ſcꝫ iactantiā me
ritoꝝ. Ecōtra v̄o ſi clamaſſem peccata ⁊ ta
cuiſſem merita. robuſta ⁊ firma fuiſſet vir
tus mea. Tacui ergo ⁊ clamaui. tacui pctā
clamaui merita. Tacui vnde ꝓficerē/ cla-
maui vnde deficerē. Tacui de peccatis con
feſſionē/ clamaui de meritis ꝑſumptionē.
Sana mēbra medico oſtendebā. vulnera
ta tegebā/ ⁊ ideo nō fui ſanatus ſed inuete
ratus. hoc eſt in peccatoꝝ meoꝝ vetuſtate
remanſi. quia ꝑ culpe mee ꝯfeſſionem. gra
tie tue nouitatē nō queſiui. Et ideo ⌊ Qm̄
die ac nocte grauata eſt ſuꝑ me manus tua
cōuerſus ſum in erūna mea dum cōfigitur
ſpina ⌋ O dn̄e o pie medice qui etiā ꝑcuti
endo ſanas. q2 manus tua. id eſt. vindicta
aſſidue die ac nocte grauata eſt ſuꝑ me ad
humiliandū me ſuꝑbum peccata tacentē
merita iactantē. ideo tandē cōuerſus ſum
in erumna mea/ in miſeria mea. hoc eſt. cō-
uertendo ad meipm̄ cognoui me miſeruꝫ
⌊ dum cōfigitur ſpina ⌋ id eſt. dum cōpun-
gitur cōſciencia mea. Sicut em̄ ſpina dor-
ſi hoīem ſurſum erigit. ſic ratio vel cōſcien
tia ſpm̄ ꝑrius ad terrena curuatū. ad ſuꝑ-
na reſurgentēꝫ dirigit. Hac ergo de culpa
ſua compunctus peccator humiliatus ſit.
⌊ Delictū meū cognitū tibi feci ⁊ iniuſticiā
meā nō abſcondi ⌋ Merito quidem deli-
ctum meū. quia facienda omiſi ⌊ ⁊ iniuſti-
ciam meā ⌋ quia nō facienda commiſi. igi
tur ꝯfitendo operui ⁊ detexi operui vt opi-
res. detexi vt tegeres. Unde ſequit̄ ⌊ Dixi
cōfitebor aduerſuꝫ me iniuſticiā meā dn̄o
⁊ tu remiſiſti impietatem peccati mei ⌋ O
magna vtilitas ꝯfeſſionis peccati. maxima
quoqꝫ benignitas miſerantis dei. quia ad
ſolum ꝯfitendi ꝓpoſitū remittit peccatum
nō em̄ dixi cōfiteor. ſed dixi cōfitebor. id ē
ꝓpoſui confiteri iniuſticiā meā aduerſum
me. meipm̄ ⁊ nō aliū accuſando. et ſtatim
tu/ ⁊ nō alius. remiſiſti impietateꝫ peccati
mei. ⁊ bene mei. q2 qꝺ peto hoc meum eſt.
qui aūt a peccato reſurgo. hoc tuū ē Abſit
ergo a me vt imputē peccatū meū tibi. ⁊ di
cam. hoc deus voluit. hoc fatū. hoc ſtellaꝝ
cōſtellatio mihi fecit. Nō eſt hoc confiteri
iniuſticiā meam aduerſum me/ ſed aduer-
ſum te. ⁊ te ſumme bonū de malicia accu-
ſare. Dicam ergo potius. Domine miſere-
re mei ſana animā meaꝫ quia peccaui tibi.
Et ne putetur remiſſionē peccati paruum
dei eſſe donū. ſed tanq̄ magnū deuotis ꝓ-
cibus expoſcendū/ ſtatim ſubiungit̄ ⌊ Pro
hac orabit ad te omnis ſanctus in tempo-
re oportuno ⌋ Omnis em̄ ſanctus. hoc eſt
ꝑ peccati remiſſionē ſanctificatus. pro hac
remiſſione orabit ad te. q2 omnis ſanctus
eget auxilio grē ⁊ gratuite remiſſionis tue
Sed qn̄ orabit? in tpe oportuno. hoc eſt.
in tempore vite mortalis in qua eſt oportu
nū tempus remiſſionis. q2 poſt eam erit tē
pus retributōnis. vel in tempe oportuno.
hoc eſt in tempe gratie ꝑ xp̄m reuelate. De
quo ait apl'us. Quādo venit plenitudo tē
poris: miſit deus filiū ſuū factū ſub lege vt
eos qui ſub lege erant redimeret. Sed licꝫ
omnis ſanctus in tempore oportuno oret.
⌊ Uerūtamen in diluuio aquarū multarū
ad eum nō approximabūt ⌋ Nō em̄ eripit
oratio ſanctoꝝ eos qui ꝑ obſtinatā conſue
tudinem abſorbent̄ ⌊ in diluuio aquaꝝ mul
taꝝ ⌋ hoc ē in multitudie effluētiū carnali-
um delitiaꝝ ſicut voluptuoſi. vel in multi
plicitate variaꝝ doctrinaꝝ ſicut ph̄i/ vel in

varietate diuersoꝝ erroꝝ sicut heretici. vł
in vanitate friuolaꝝ supstitōnū. sicut astro
nomi. qui oīa fatali necessitati aut fortune
celesti attribuunt. vel in numerositate ceri
monialiū obseruātiaꝝ sicut iudei. qui an-
tiquis obseruantijs carnaliter intellectis
salutem ascribunt. Hi inq̄ oēs qui sunt ī
huiusmodi ꝓfundo diluuio aquaꝝ mul-
tarū ad eum nō approximabūt. qm̄ he aq̄
diuerse sunt ⁊ amare. ⁊ a fonte vere ⁊ dulc̄
aque. hoc est a xp̄o qui fons est pure verita
tis sunt remote. Quid ergo facturus sum
dn̄e vt effugiam ab hoc tam piculoso dilu-
uio aquaꝝ multaꝝ ⁊ approximē ad te. Cer
te scio te docēte q̄ ꝓpe est dn̄s omnibus in-
uocantibus eū in veritate. ideo inuocabo
te. nō solum in voce corpis sed in veritate
cordis. hoc est in vera deuotione cordis se
humiliātis / ⁊ nihil de se p̄sumētis ⁊ nil sue
potētie supbe tribuētis ⁊ dicā [Tu es refu
giuꝫ meū a tribulatōe que circūdedit me]
Tu solus ⁊ nō alius. es mihi refugiū a tri
bulatione hui⁹ seculi. que vndiq̄ꝫ circūde-
dit me. Tu ergo [exultatio mea erue me a
circūdantibus me] Ostende mihi viā qua
eripiar a diluuio aquaꝝ multaꝝ ⁊ a pericu
lo circūdantiū me maloꝝ. Jam vero dn̄e
qui nō deseris sperātes in te / iam quia ī te
spero ⁊ in hac spe gaudeo a te consolatus.
audio te dicentē [Intellectuꝫ tibi dabo ⁊
instruam te in via hac qua gradieris] Ne
aberres a via dei / ⁊ ne quis noceat tibi [fir
mabo sup te oculos meos] vt in via dirigā
oculos tuos. Sic ergo dato mihi intelle-
ctu ip̄oq̄ꝫ a te instructo ⁊ in te firmato con
uertā me / humilis ad supbos ⁊ obstinatos
⁊ eruditus / ad stolidos ⁊ ignaros ⁊ dicam
[Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus quib⁹
nō est intellectus] Per equū signant̄ sup-
bi erecta ceruice. sua pctā defendentes. Per
mulū stolidi / quelibꝫ peccatoꝝ onera / sine
discretōe portātes. Hi ergo si nō corrigan-
tur. sed velint fieri brutis aīalibus similes
quibus nō est intellectus. tu dn̄e [In cha
mo ⁊ freno maxillas eoꝝ ꝯstringe qui non
approximāt ad te] Si enī non corrigant̄ ⁊
approximēt ad te p penitentiā / dignum est
vt corrigant̄ ⁊ cōstringant̄ a te per penam
Ideo equus freno ⁊ mulus chamo arceāt̄
id est maiori ⁊ minori tribulatione iuxta
culpe exigentiā cōstringant̄. Si vo freno
nō domēt̄ ⁊ chamo / restat vt duriori fla-
gello castigent̄. Ideo sequit̄ [Multa fla-
gella peccatoris] ⁊ in p̄senti vita pariter ēt
futura [sperantem aūt in dn̄o mīa circūda
bit] Nec īmerito in tua mīa sperantē. ⁊ nō
in sua humana iusticia cōfidentē circūda-
bit. id ē circūquaq̄ꝫ vallabit dei mīa ne ali
qua ex pte sibi noceat diaboli malicia. Ma
gna ergo dn̄e magna est leticia: magna ex-
ultatio. magna gloria sperātibus in te. Jō
dicit̄ eis [Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti
⁊ gloriamini oēs recti corde] Qui sunt hi
iusti ⁊ recti corde? Hi sunt qui nō in se sꝫ
in dn̄o sperant nec sue sed diuine volunta
ti se conformant. sicut xp̄s docuit dicens.
non sicut ego volo / sed sicut tu vis. In ca-
pite ostendens qd̄ futuꝝ esse debebat ī mē-
bris. Hi ergo nō in se sed in domino letā-
tur. exultant. gloriant̄. Letant̄ siquideꝫ ta
cita suauitate gaudētes. ⁊ exultant concita
ti animi gaudio feruentes. gloriant̄ feruo-
re charitatis extra se in deū transeūtes. O
vtinam dn̄e vtinam sic detur mihi non in
me sed in te letari. exultare ⁊ gloriari vt sic
humiliter capiti me conformans veraciter
efficiar membrum xp̄i.

Meditatio deuota N

sup tertio psalmo pn̄iali. Dn̄e ne in furore.

Domine ih̄u xp̄e cui nunq̄ sine
spe venie supplicat̄. cum plura
duobus p̄oribus psalmis de ti-
more pene ac dolore culpe collo-
quēdo p̄dixīmus ⁊ nūc aliqua de spe venie
tibi supplicādo loqui ꝓposuerim. sp tamē
ad priora relabor. ⁊ pene timore ac culpe
dolore pterritus tibi iteꝝ petere impellor.
[Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neq̄ꝫ in
ira tua corripias me] Ego siquidē ꝺ pecca
tis penitēs. peccati cōscius. ⁊ inde grauiter
afflictus. ego ī malis positus peiora timēs
⁊ inde lugēs multis modis crucior sed cru
ciatus grate amplector tanq̄ minores meis
demeritis. me cum pie actum reputans. si
per eos liberer a penis eternis. Ideoq̄ꝫ sup
plex oro. vt tu dn̄e arguas ⁊ corripias me
nō in furore vel in ira. sed in pietate ⁊ mīa.
ita vt pena mea sit. nō ab ira ad eternā vl-
tionē. sed a mīa ad piā correctionē. Suffi-

ciãnt tibi dñe mala que patior in hac pñſen
ti vita. ne ĩ futura infligas peiora [Qm̃ ſagitte tue infixe ſunt mihi] Sagitte tue ſũt
vindicte tue. ſcꝫ dolores corpis et anime.
quia ſicut ſagitte intenduntᷣ ⁊ deinde infiguntᷣ ita vindicte tue intenſe fuerũt ĩ adaꝫ
propter inobedientiaꝫ. ⁊ inde nobis infixe
ſunt ꝓpter originalem culpam ⁊ penã mľ
tiplicem Ipſe em̃ huius totius miſerie fuit
origo. nos ꝓpago. Sed ve mihi. quia ſagit
te tue nõ ad modicũ tempus nec ad vnicũ
vulnus infixe ſunt. ſed diu ⁊ vſqꝫ in finem
ſeculi manẽt. ⁊ multis modis in corpore ⁊
anima vulnerãt. Et ſic in ſagittis meis [cõ
firmaſti ſup me manũ tuam]. id eſt. vindi
ctam tuã quã ꝓ hdolore eo vſqꝫ cõfirmaſti
ſup me vt poſſim dicere [Nõ eſt ſanitas in
carne mea a facie ire tue] Porro em̃ mortale corpus tot miſerijs ſubditũ. qđ etiam
cũm ſanũ dicitᷣ. nõ vere ſanũ ſit. qđ leuiter
ledit. ⁊ ſepius grauiter infirmatᷣ. Eſt autẽ
hec mľtiplex miſeria carnis mee. a facie ire
tue. id eſt. ab inſtãtia vindicte in adam inchoate originalit. Quid plura? [nõ ẽ pax
oſſibus meis] hoc ẽ in interioribꝰ meis viribus. ſed eſt cõtinua pugna ab infirmitate ⁊ rebellione carnis. ⁊ hꝰ [a facie peccato
rum meoꝝ] qꝛ huiꝰ miſerie mee cauſa non
ſolũ eſt originalis culpa. ſed ſimul cũ ſunt
actualia peccata mea Unde merito ſequitᷣ
[Qm̃ iniqtates mee ſupgreſſe ſunt caput
meũ: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſup
me] Quia em̃ iniqtates mee caput anime
mee. id eſt. rectam ratõneꝫ ſupgreſſe ſunt ⁊
eleuauerũt caput meũ ſupbuꝫ. cõtra te deum meũ. ideo tu dñe aggrauaſti me graui
onere penarũ. ſed hoc dñe non tibi ſed mi
hi imputo. quia [Putruerunt ⁊ corrupte
ſunt cicatrices mee: a facie inſipiẽtie mee]
Ideo em̃ iniqtates mee ſupgreſſe ſunt caput meũ ⁊ grauate ſunt ſup me. quia cicatrices mee. id eſt. plage peccatoꝝ meoꝝ priꝰ
per baptiſmũ ſanate. putruerũt cum iã pec
cato cõſenſi. ⁊ corrupte ſunt dũ iã peccatũ
in actum ꝓduxi ⁊ hoc totum a facie inſipientie mee. quia ſtulte grãm baptiſmaleꝫ
ꝑdidi. nec eius viribus ſapienter vſus fui:
Et ideo [Miſer factus ſum] nõ vna ſolũ
ſed multiplici miſeria [afflictus ⁊ curuatꝰ
ſuꝫ] adeo deiectus ad terrena. vt me erigere nõ valeam ad ſupna. Et niſi tu dñe me
erexeris in hac miſeria ⁊ in curuitate manſurus ſum ⁊ hoc [vſqꝫ in finem]. id eſt. vſqꝫ ad mortem [⁊ tota die ꝯtriſtatus ingrediebar] hoc eſt tota vita in hac manẽs miſeria. huius vite viam gradiẽs ambulabã.
non inueniẽs ſabbatũ. id eſt. mẽtis requiẽ
quã optabã. Nec mirũ [Quoniaꝫ lumbi
mei impleti ſunt illuſionibꝰ: ⁊ nõ eſt ſanitas in carne mea] Heu me miſeꝝ. nõ ĩmerito ſum cõtriſtatus. qm̃ nõ ſolũ nõ eſt ſanitas in carne mea. nõ ſolũ temptatus ſuꝫ
ab infirmitatibꝰ ⁊ rebellionibꝰ carnis. ſꝫ eti
am lumbi mei. id eſt. carnalitas ⁊ ſenſuali
tas mea vexantᷣ illuſionibꝰ diabolicis nec
ſolum pecco ꝑ carnis infirmitateꝫ ſed per
diaboli fatigatõeꝫ. Quid plura? Non ſolum lumbi carnis mee. ſed etiaꝫ vires anime mee replentᷣ illuſionibꝰ diabolicis. Illuſiones ei anime infinite ſunt. que aliqñ
vix orare ſinũt. ⁊ ita nõ eſt in toto hoĩe. vñ
plena ſit leticia. plenũ cordis ſabbatũ. plena requies. donec anima illuſionibꝰ exuatur ⁊ corpus ſanitate ĩmortalitatis induatur. Propterea clamat aplŝs. Infelix ego
homo. quis me liberabit de corpe mortis
huiꝰ? Et ideo nõ ĩmerito [Afflictꝰ ſum]
corpe ſimul ⁊ anima. pfatis vexatus miſerijs. ⁊ inde [humiliatus ſum nimis] qppe
qꝛ pus ſupbus erã nimis. ⁊ ꝓptea [rugiebã
a gemitu cordis mei] Gemitus corde ⁊ ru
gitus voce fieri ſolet; ego vo non voce ſed
gemitu rugiebã. id eſt. cum magno deſide
rio anime cõſolatõeꝫ querebã. non in verbo oris mei. ſed in gemitu cordis ꝓrũpẽs.
Eſt enĩ gemitus cordis ⁊ gemitus carnis
Omnis gemitus q̃ de exterioribꝰ ẽ carnis
eſt. qui vero ꝓ ſabbato. id eſt. ꝓ ſpũali requie. quã caro nõ obtinet: cordis eſt. Et qꝛ
hũc gemitũ nõ homo nouit ſed deus. Iõ
[Dñe ante te omne deſideriũ meũ: ⁊ gemi
tus meus a te nõ eſt abſcõditus] ſed meri
to exauditus. quia pius eſt ⁊ nõ ꝓ terrenis
ſed ꝓ celeſtibus. Sit ergo dñe deſiderium
meum ante te. id eſt. tibi gratum ⁊ accepta
bile. audi ⁊ exaudi deſideriũ meũ cũ gemi
tu meo. accelera dñe ⁊ exaudi cito qꝛ [Cor
meum cõturbatuꝫ eſt] ⁊ pauore ac terrore
cõcuſſum. ⁊ hoc ideo quia [dereliqt me vir
tus mea] ſcilicet virtus illa quaꝫ habui an

te p̄ccatū meū. si eīn hec mā=sisset nihil ter=
reret. Sed cur hec dereliquit me? qꝛ etiā;
reliquit [lumē oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipm̄ nō est
mecū] qꝛ tu deus meus. qui es lumen veꝝ
qḋ illuminat omnē hoīe; venientē in hūc
mundū tu qui es spūale lumen oculorum
meoꝝ intellectualiū nō es mecum ꝑ grati=
am tuam. sed dereliquisti me ꝓpter culpa;
meam. Sed hactenus dn̄e tibi ꝯfessus su;
mala que interius patioꝛ. nunc autē plan=
go ea q̄bus exterius crucioꝛ. Nam [Ami
ci mei ⁊ ꝓximi mei aduersum me appropi
quauerūt ⁊ steterūt] Hi qui mihi esse de=
buerant ad humanū solacium. sunt mihi
ad cumulū passionū [Et q̄ iuxta me erāt]
tanq̄ amici ⁊ ꝓximi [a longe steterūt] tan
q̄ hostes ⁊ aduersarij. Et merito recessere
a me. quia peccando recessi a te. Merito ꝑ=
didi humanā amiciciā. quia ꝑdidi diuinā
gratiam. Non solum crucioꝛ a ꝑsecutione
hominū sed a temptatōe demonū [nā vim
faciebāt qui querebāt animā meam] De=
mones eīn qui anima; meam querunt ad
eternam dānatōe;. vim mihi faciunt ꝑ ma
lignam temptatōe;. ⁊ nō solum per seipos
sed ꝑ ministros suos de quibus dicit̄ [Et
qui inquirebant mala mihi locuti sunt va
nitates ⁊ dolos tota die meditabant̄] Hi
qui amici ⁊ ꝓximi esse debuerāt. inq̄rebāt
mala mihi. meditādo contra me dolosa et
vana loquūtur. id est. falsa ⁊ deceptoria v̄=
ba. Tales aūt dolosi ⁊ mendosi ministeriū
exercent diaboli. qui pater est mēdacij. Ec
ce ergo quibus malis crucioꝛ. ⁊ his tamen
quia maiora meruisse fateoꝛ. ideo īiurias
⁊ opprobria sine murmuratōe patioꝛ. Et
hoc est qḋ sequit̄ [Ego aūt tanq̄ surdus
nō audiebam ⁊ sicut mutus nō aperiens
os suū] Nihil ad opprobria rn̄debā [Et
factus sum sicut hō nō audiens ⁊ non ha=
bens in ore suo redargutōes] quia arguē=
tes me nō redarguebā. sed redargutōes pa
tienter ferebā. Sed quare hec oīa tam pati
enter sustinui mala? [Qm̄ in te dn̄e spera=
ui] Ideo ꝓpter te patienter sustinui mala
qm̄ nō in me. sed in te speraui bona. et qꝛ
per patientiā pene speraui veniā culpe. iō
[tu exaudies me dn̄e deus meus] dādo li
beraliter veniā culpe. ⁊ ꝯsequēter gratia; ⁊
gloriā. O magna patientie virtus cui dat̄
venia peccatoꝝ. ⁊ ꝑ veniā gratia meritoꝝ ⁊
per gratia; gloria p̄mioꝝ. O salutaris me=
dicina. per qua; in leticiam mutant̄ tristia
⁊ aduersa. Adhuc autem dn̄e ideo exaudi
es me. nō de te sperādo diffidentē. sed in te
sperando cōfidentem [Quia dixi nequan=
do supgaudeāt mihi inimici] Quia nō ex
supba p̄sumptōe. sed ex pia spei deuotōne
dixi q̄ tu deus meus exaudies me. Et hoc
dixi ne inimici mei. detractores mei. super=
gaudeāt mihi. si videāt me in te sperante;
nō ꝓficere sed deficere. Merito eīn cauent
iusti ne de lapsu eoꝝ exultent iniqui. Ideo
sequit̄ [⁊ dum cōmouent̄ pedes mei]. id
est. dum affectiones mee labunt̄ in pecca=
tum ex humana infirmitate. irridēt impij
⁊ [super me magna locuti sunt] irredēdo
mihi ⁊ sup me magna scandala opprobrijs
q; loquēdo. vbi potius si eēnt pij. mee debe
rent compati infirmitate. eāq; excusando
humane miserie humanit⁹ misereri. S; ad
huc etiam dn̄e exaudies me [Qm̄ ego in
flagella paratus su;] Sciens eīn q̄ filium
quē amas. ⁊ si qn̄q; nō suauiter. tamē sem=
per salubriter flagellas. Ideo tua flagella
parat⁹ su; patiēter suscipe. nō ꝯtra ea mur
murādo. sed meip̄m accusando. quia [do=
lor meus in cōspectu meo semꝑ] dolor de
peccato meo semꝑ ē in ꝯspectu meo. Semꝑ
de peccato meo doleo. dū peccatū meū con
tra meip̄m esse ꝯspicio. Et hoc ē qḋ sequit̄
[Qm̄ iniquitatē meam annūciabo] ipsa;
coram te cōtra me accusando [⁊ cogitabo
ꝓ peccato meo] ip̄m in me cogitatōne soli
cita corrigēdo. ⁊ a te tuaq; miseratōne soli
ta. curā medicinalē humiliter postulando
Sed dum medicinā tuā peto o pie medice
ecce quid ad curā meā ꝑ te fieri ꝑmittitur
Ecce eīn quid sequit̄ [Inimici aūt mei vi
uūt ⁊ ꝯfirmati sunt sup me. ⁊ multiplicati
sunt q̄ oderūt me iniq̄] O salutaris. sed n̄
suauis medicina. O mirabilis. sed medi=
cinalis cura. ꝑ tuā nāq; ꝑmissionē. ad meā
fit ꝓbatōe;. fit inq̄ medicinaliter ⁊ salu=
briter q̄ inimici mei ꝓspere viuūt in hoc
mūdo. vbi ī aduersitate laboro. ⁊ gemens
rugio. Et qḋ graui⁹ ē. ꝯfirmati sunt super
me in ꝑsecutōe. ⁊ qḋ grauissimū ē q̄ oderūt
me iniq̄. mala reddētes ꝓ bonis. nō pauci
sed mltiplicati sūt ⁊ q̄tidie plures fiūt. De

quibus subdicit [Qui retribuũt mala ꝓ bonis detrahebãt mihi: qm̃ sequebar bonitatem] Ipsi vero econtra sectantur iniquitatem. Sed quia hec mala essent intolerabilia. nisi te iuuante ⁊ pio medicamie tuo cõfortante mihi fierent salubria ad curanda peccata Ideo [Ne derelinquas me domine deus meus] sed vt tu ꝓmisisti. qm̃ i te speraui libera me. qm̃ cognoui nomẽ tuũ ꝓtege me. quia clamaui ad te. exaudi me ⁊ mecũ sis in tribulatõne. eripe me ⁊ glorifica me. Et si forte ad tempus me aliqñ relinquere videaris. tamẽ ne discesseris a me penitus relinquẽdo me sed potius [intende in adiutoriũ meũ: dñe deus salutis mee] Adiuua me ɔtra hostes in pugna q: sine te qui es deus salutis mee nõ potest esse in me salutaris victoria.

Meditatio sup psalmo. Miserere mei deus.

Domine iħu xp̃e. cui est ꝓprium misereri semp ⁊ pcere. Ego miser ad te misericordem accedo. ⁊ peccatoꝝ catena cõstrictus. tue pietatis miseratõe absolui desidero. Ego multaꝝ iniqtatũ imũdicia maculat⁹. ad te fontẽ mũdicie ɔfugio ⁊ meã imũdiciã per tuã miaꝫ emũdari supplico dicẽs [Miserẽ mei deus ẜm magnã miaꝫ tuã] Peto dñe magnã miaꝫ tuã q: sentio magnã miseriã meã. Peto magnã medicinã tuã cõtra magnam plagã meã. Peto multitudinẽ miserationis tue. cõtra multitudinẽ iniquitatis mee. Ido sequit̃ [Et ẜm multitudinẽ miserationũ tuaꝝ] ab initio seculi exhibitaꝝ que supant multitudinẽ q̃libet pctõꝝ [dele iniqtatẽ meã] vt nullũ remaneat in me peccati vestigiũ. Et hoc est qđ subdit̃ [Amplius laua me ab iniqtate mea: ⁊ a peccato meo mũda me] Peto dñe ñ solũ peccata deleri. ſ; ampli⁹ lauari ⁊ lauãdo pure mũdari. vt nõ solũ culpã opis sed etiã reatum voluptatis abstergas. Sed hoc peto. nõ ꝓpter aliquã iusticiã que sit in me. ſ; ꝓpter magnã miaꝫ. que est in te ⁊ multã miseratõeꝫ que est a te. In te em̃ est mia naturaliter in affectu. ⁊ a te miseratio multipliciter in effectu. ¶ Ut ergo misericorditer ignoscas. nõ iusticie mee meritũ allego. ſ; malicie mee pctm̃ agnosco. Et hoc est qđ dicit̃ [Qm̃ iniquitatẽ meã ego cognosco] Non ergo peto vt ꝓpter miam tuam deseras iusticiã tuam. scio iustũ esse vt peccatũ meũ puniat̃. sed ipm punio. vt tu non punias ipm. agnosco vt tu ignoscas [⁊ peccatum meũ contra me est semp] Quia peccatum meũ non pono retro meipm negligẽdo vel dissimulãdo. sed potius oppono cõtra meipm cognoscendo ⁊ accusando ideo dico [Tibi soli peccaui ⁊ malũ corã te feci] Quid est tibi soli peccaui? Nõne peccaui. non solũ tibi sed ꝓximo? Nõne peccatum feci. non solũ contra te deũ meum. sed etiam contra ꝓximũ meum. sicut ⁊ dauid qui hoc dicebat. non solũ in te sed in bersabee p adulteriũ. ⁊ in vriam p homicidiuꝫ peccauerat? Sed hoc ideo dicit̃. q: tu sol⁹ es qui das legis pceptũ. p cui⁹ puaricatõeꝫ peccat̃ [vt iustificeris in ẜmonib⁹ tuis] hoc est. quia adeo iustus ⁊ verax es in v̇bis tuis. que precipis vt iustificeris. id est. vt iustus ⁊ verax inueniaris [⁊ vincas cum iudicaris]. id est. supes eos in iusticia qui te ex supbis iudicãt contra pcepta tua murmurando. ⁊ te in eis quasi rigorosuꝫ ⁊ iniustũ accusando. Nõ sic ego. sed ad te solum tanq̃ ad iustũ iudicẽ ɔfugio. qui nõ habes in te qđ accuset̃. Nõ habes in te qđ rephẽdat̃. sed solus existis qui oĩes iudices ita vincis vt in tui compatõne nullus iustus aut verax reputet̃. dicẽte ꝓpheta. Omnis hõ mẽdax. tu ergo solus de⁹ verax. ¶ Tu ergo dñe. qui in tua veritate dixisti. quacũ q; hora peccator ingemuerit oĩm iniqtatũ eius nõ recordabor tu veraciter imple qđ ꝓmisisti. vt iustificeris in tuis sermonib⁹ ⁊ ɔuincas eos a quibus tanq̃ imisericors iudicaris. Tu ergo miserere. tu p miam iniqtatem meaꝫ dele. Tu eam delendo laua ⁊ munda me. qm̃ de peccatis meis veniã postulans ingemisco dicens [Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus sum ⁊ in peccatis cõcepit me mater mea] O magna miseria q̃ simul mecũ orta est ab origine mea. iđ merito ingemiscẽs peto vt cures ⁊ sanes hanc magnam miseriã meam p tuam magnaꝫ miam. Nec hoc ita dixerim. vt licitas nuptias cõdemnẽ. sed q: in omnibus trahit̃ iniqtas ab adam. Nã hoc opus castũ ppt

bonū prolis excusatᷓ in coniuge nō hꝫ culpā sed origo peccati in prole secū trahit debitam penā. Ideo aūt dn̄e nō solū actualem culpam meā sed etiam originalē a parentibus traductā tibi humiliter cōfiteor. qꝛ ⌊ Ecce eni̅ veritatē dilexisti ⌋ Non eni̅ in te refundo culpe mee iniquitatē. sed me accusando fateor veritatem. quā tu qui veritas es diligis. ideo eam vere cōfitentibus peccata dimittis. Propterea ⌊ incerta ꝛ occulta sapientie tue manifestasti mihi ⌋ Mihi inq̄ confitenti veritatē secreta tibi certa et nota diuine sapientie sed incerta ꝛ occulta humane insipientie manifestasti. quō? Dicunt ei hoīes sub quadāꝫ incertitudine sicᷓ dicebant niniuite. Quis scit si cōuertatur ꝛ ignoscat deus? Nō ergo hoc noui sicut nec hoīes ceteri. nō hoc noui p humanam sciam. sed hoc certitudinaliᷓ reuelasti ꝛ manifestasti mihi p diuinā scripturā te dicēte p ꝓphetā. Quacūq̄ hora ingemuerit peccator iniqtatū eius n̄ recordabor. In hac ergo ꝓmissione tua / securus ꝛ certus dicere audeo ⌊ Asp̄ges me dn̄e hysopo ꝛ mūdabor ⌋ Noui dn̄e te docente. q hysopus herba est parua q̄ntitate sꝫ magna v̄tute. Herba humilis sed medicinalis. cui⁹ radix petre inherere dicitᷓ. cuius virtus pulmoneꝫ purgat dum inflatᷓ. In qua penitētie hūilitas congrue designatᷓ que sepe parua putatur in ꝯspectu hoīm sed semp magna est ante ꝯspectū tuū. Et dum illi petre adheret de qua dicit aplus. petra autē erat xp̄s. dum charitati xp̄i radix eius affixa est. adō medicinalis efficitᷓ virtus eius. vt per eam pulmonis inflatio. id est. supbie p̄sumptō ꝛ omnis que ex ea oritur culpe inquinatio expurgetᷓ. Asperges ergo me hac humilitate ꝛ mūdabor ab iniqtate ⌊ lauabis me ⌋ per humilē penitētiā ⌊ ꝛ super niuem dealbabor ⌋ per salutarē gratiā. per quā peccatorum dealbatio fit. sicut scriptū est. Si fuerint peccata vestra sicut vermiculus. velut nix dealbabuntᷓ. ¶ In hoc ergo secreto sapiētie tue prius mihi incerto ꝛ occulto qd̄ iam manifestasti mihi ⌊ Auditui meo dabis gaudiū ꝛ leticiam ⌋ Et merito dum audio ꝓmissionē tuam de remissione peccatorū. auditui cordis mei dabis gaudiū ꝛ leticiā de retributione p̄mio꜡ ⌊ ꝛ exultabunt ossa humiliata ⌋ hoc est interiores vires mee. q̄ per culpam maculate prius cōturbate sūt nūc p penitentiā hysopo humilitatis mūdate lauate ꝛ dealbate merito exultabunt. Sed licet dederis gaudiū leticiaꝫ ꝛ exultationem. ꝓpter spem venie. nō tamē deerit mihi salutaris quedā tristicia ꝛ spūalis cōtristatio ꝓpter timorē pene ꝛ dolorē culpe ideoq̄ ad te clamare nō cessabo ⌊ Auerte faciem tuā a peccatis meis ⌋ Quia peccata mea nō pono retro me sed oppono contra me. nec ea negligēdo aut dissimulādo habeo retro dorsuꝫ meū. sed ante faciē meam ꝓpterea nō a me. sed a peccatis meis auerte faciē tuā. quasi ea nō agnoscēdo. sed eis ignoscēdo. ꝛ ita nō solū hoc vel illud peccatū. sed generaliter ⌊ omnes iniqtates meas dele ⌋ Quibus deletis ⌊ Cor mūdm crea i me deus ⌋ Non peto vt ego homo cor mūdum faciā a me. sed vt tu deus. cor mūdū crees in me. quia non est hoc opus hoīs creati. sed dei creatoris. Et quia ante peccatum innocens fui. ꝛ p peccatū a rectitudīe declinaui ideo ⌊ ꝛ spiritū rectuꝫ innoua in visceribus meis ⌋ id est. renoua spiritum meū faciendo eū rectum. quē a te recedendo feci obliquū Nec cordis mundiciā aut spūs rectitudinē peto mihi fieri solū in mēte. sed etiam in carne. ꝛ hoc est in visceribꝰ meis. scilicet in lumbis vel renibus. in quibus sedes est voluptatis. Unde ad beatū Iob de diabolo dicitᷓ: q virtus eius est in lūbis ꝛ vmbilico ventris. In vtrisq̄ ergo anima scꝫ ꝛ corpore remediū peto curationis. Ideo ⌊ Ne ꝓijcias me a facie tua ⌋ A peccatis meis faciē meam auerte. sed a facie tua ne ꝓijcias me. A peccatis faciem tuaꝫ auertis p remissioneꝫ sed peccatores a facie tua ꝓijcis p reprobatōeꝫ. Remissionē postulo. sed reprobatōneꝫ ptimesco. ꝓpterea supplex oro ⌊ ꝛ spiritū sanctū tuum ne auferas a me ⌋ Iam eni̅ quodāmodo spiritum sanctū tuū. hoc est spūssancti donū habere confido. quia peccatuꝫ ꝯfitendo peniteo. nam vera peccati cōfessio nō est in hoīe ex seipo. sed ex dei dono. non ergo a me auferas spiritū hūc. sed p eū ⌊ Redde mihi leticiā salutaris tui ⌋ quā peccādo amisi leticiam inq̄ salutaris tui. scꝫ salutaris gratie spūssancti p quā nō solū ē culpe remissio,

